

Biblioteca estense universitaria

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

<http://bibliotecaestense.beniculturali.it>

a.22.d.57.1


BENDINELLI, ANTONIO

P. Cornelii Scipionis Aemiliani Africani Minoris vita,
vel eius dispersae potius reliquiae ex multis
probatissimorum authorum scriptis collectae

Gadaldini, Modena 1549

Img: V. Negro, 2010





a. 22. D. 57

D C

P. CORNELII
SCIPIONIS AEMILIA/
NI¹⁰AFRICANI

MINORIS VITA,

Veleius dispersæ potius reliquiæ ex multis
probatissimorum authorum scriptis
collectæ, & in ordinem, ac mo-
dicum quoddam cor-
pus redactæ,

Per Antonium Bendinellum Lucensem, atq; p^ret
eundem recognitæ, & rebus, ac locis auctæ.

Additi præterea sunt quidam loci controvener-
si, quorum partim omnino refellun-
tur, alijs corriguntur, quidam
etiam conciliantur.

Accessit quoq; rerum memorabiliū index



M V T I N E MODENA


M. D. X L I X.

Ex libris Annoij de Barbarus
Congregacionis S. Pauli

NICOLAO VIDICIONIO
LVCENSI VIRO IVRIS
CIVILIS PERITISSIM
MO, AC OMNI
PRUDENTIAE

Genere præstantissimo Antonius
Bendinellius Lucensis.

S. P. D.



V M Ego multos bo
narum artium scrip
tores, rerumq; gesta
rū explicatores pau
lo diligētius legerē,
ac per uolutarē Ni
colae excellentissi
me: cumq; cōmodè,
breuiter, & accutē illustrium virorum dic
ta, ac pulcherrima facinora, quibus utriq;
refertisunt, animo attentiore contēplarer, tā
ta sum affectus admiratione maximarum,
clarissimarumq; uirtutum P. Cornelij Sci
pionis Africani minoris: ut incredibili tan
dem flagrare cōperim cupiditate: ut quæ de
eo apud probatissimos tum Latinos, tum

A ij

Græcos scriptores inuenirentur, ea quan-
ta maxima possem diligentia colligerem,
Et conseruatis, ac notatis temporibus, in ordi-
nem, unumq; corpus redigerem. Quæ qui-
dem res paucis mensibus adeò mihi ex senten-
tia processit: ut(ni fallor) nihil sit, quāobrem
me & adhibitæ diligentiae, & suscepti la-
boris pœnitentia. Atq; nondum operi extre-
mam imposueram manum, cùm memoria
tuorum erga me, fratremq; meum Iacobum
summorum meritorum me monuit: non pos-
se sine summo scelere, præsentem occasio-
nem declarandi tibi quam grata in te uolun-
tate sim, prætermitti. Neque me hercule in-
uria. Nam cum ea semper fuerit tua erga
nos beneficentia, ac liberalitas, qua nulla
maior nulla illustrior esse posset: & quum est,
nisi ingratii esse uelimus, in quo uitio nihil
mali non inest: ut si parem referre gratiam
non possimus: animo quidem certè habeas-
mus: ac quantum tibi debeamus, cum res
non suppetat, eo potissimum testimonio des-
claremus: quo nullum neq; ad laudem be-
nemerentis illustrius, neque ad animi gra-
ti, memorisq; testificationem grauius, neque

perpetuam beneficij memoriam stabilius, nec
excogitari, nec adhiberi possit. Quæ
enim gratia liberalissimo, ac florentissimo in
sua Repu. ciue, qui semper dare, nihil ac-
cipere, nisi memoriam, laudemq; merentis
debitam, paratus est, aut maior, aut grati-
or esse posset: quam ea, quæ in gratissima,
ac uerissima literarum prædicatione sita est
quæq; in maxima, & penè omnium cogni-
tione ponitur? Quare P. Cornelij Scipionis
Aemiliani Africani Minoris uitam mea ma-
nu scriptam, uel eius potius dispersas reli-
quias undique collectas tibi mitto, dicoque.
Dignæ enim (arbitror) sunt, quæ non solum
propter historiæ cognitionem, uerum etiam
propter omnium uirtutum speciem legendæ
proponantur & ijs, qui se ad Rempu. con-
ferre, & ijs, qui animum, mentemq; suam
ad alterius exemplum conformare uolunt.
Neque uero hoc facio, ut ijs tuus animus,
aut conformandus sit, aut ad Studium
uirtutis excitandus: cuius natura ita eſt
moderata, ut sine ulla disciplina uideatur
optima esse potuisse: ea autem accesit disci-
plina, & totius uite consuetudo, quæ uis-

A iij

tiosam, immoderatamq; naturam ad moderationem, constantiam, gravitatemq; reuocare potuisset: Sed ut in earum lectione, quasi in quodam speculo contempleris ea ornamenta: quae aut natura tibi dedit: aut industria attulit. Etenim periucunda erit lectio, et quasi agnitio earum uirtutum: quae cum maxime sunt laudabiles, & optimo cuncte dignæ, omnes in tuis actionibus totaque uite ratione conspicuntur. Magnam capies uoluptatem ex hoc nostro munusculo, cum excellentem, ac penè divinam mentem tuam, & uoluntatem perspicies cum uita huius præstantissimi viri ita consentire, ut quæ ipsum delectauerunt, & effecerit: ea tu quoque & sentias, & uelis, & facias. Habet præterea tu quidem eos filios: quibus quamuis ad probitatem, atq; uirtutem percipiendam, & colendam paterna non derit authoritas: tamen non aliena uidetur ab illorum ætate huiusmodi lectio: quam quibusdam equo currenti calcaribus admotis, magis, magisq; ad uirtutem amplectendam, gloriamq; expectendam excitari possint. Quare tuæ erit animi magni

tudinis eo animo hoc nostrum qualemque
est munusculum accipere, quo mittitur;
quod si tibi non ingratum esse intellexero,
posthac me ad maiorem, grauioremque co-
gitationem, curamque comparabo; ex qua
tu dignitatem tuam, et prestantem libero-
rum tuorum indolem mihi carissimam esse
intelligas, atque cognoscas. Vale Mutina
Cal. Ianuar. M. D. X L I X.

A iiiij

NICOLAVS VIDICIONIVS
AD LECTOREM.

MAlè de te mereri, & non satis utilitas
titu& consulere mihi uidebar candide
lector, si diutius supprimerem, ac apud me
esse paterer hanc P. Cornelij Africani Mino
ris Vitam: ex qua iudicarem maximam tum
eos omnes, qui iucundissima historiæ lectio
ne delectarentur: tum, qui alios docendi mu
nere fungerentur: tum, qui assiduè in
literis uersarentur, utilitatem
percipere posse. Iccircò
authore penè inui
to, formis
quam pulcherrimis excus
dendam curauit Vas
le, & fruere.

ATIV ZISOMIIS IN A D I S
S C R I P T O R E S Q V O S
S E C V T I S V M V S

M. Tullius Cicero.
Salustius.
Horatius.
Liuius.
Velleius Paterculus.
L. Florus, qui liuianas confecit Epitomas.
Valerius Maximus.
Florus.
Eutropius.
A. Gellius.
Plutarchus.
Plinius Secundus.
Cornelius Tacitus.
Macrobius.
Appianus Alexandrinus.
Athenaeus.
Strabo.
Cassiodorus.
Paulus Orosius.
Augustinus de Ciuitate Dei.
Amianus Marcellinus.

AFRICANI MINORIS VITA
Blondus Forolinensis Triumphantis Romæ.
Antonius Sabellicus .
Alexander ab Alexandro.
Raphael Volaterranus.
Henrici Glareani Chronologia.
Consulum , Dictatorum , Censorumq; Ro-
manorū series cum ipsorum triumphis : quæ
marmoribus scalpta nuper in Foro reperta
est, atq; in Capitolium translata.

P. CORNELII
SCIPIONIS AEMILIA/
NI AFRICANI
MINORIS VITA,

Vel eius disperse potius reliquiae ex multis
probatisimorum authorum scriptis
collectae, & in ordinem, ac mos
dicum quoddam cor-
pus redactae,

Per Antonium Bendinellum Lucensem.



V C I V S Aemilius L.
F. eius, qui Consul cum
C. Terentio Varone a/
pud Cannas in acie perijt,
Paulus Macedonicus Vir/
patritius & consularis ex Papyria C. Pa/
pyrij Massonis Viri Consularis filia duos
habuit filios Q. & P. Aemilios Paulos.
Quos in Fabiam, Corneliamq; nobilissi/
mas familias adoptandos dedit. Quintus
enim Fabius Q. F. Maximus Quintum
sibi adoptauit. Publius uero Cornelius Scis/
pio Africani Maioris Filius Publum, qui po

A FRICANI MINORIS VITA

stea p. Cornelius Scipio Aemilianus Mi-
nor Africanus ab euersa priore Consulatu
Carthagine est appellatus. Facto deinde
diuortio cum Papyria Paulus, ex altera uxo
re duos item filios, totidemq; filias suscepit.
Ex filiis uero alter duodecim fermè natus
annos diebus quinque ante Macedonicum
patris triumphum, alter quartum decimum
agens annum triduo post triumphum è
uita decessit. Ex filiabus autem tertia Aemi-
lia nupsit M. Porcio Catoni Liciniano: al-
tera Aemilia Q. Aelio Peto Tuberoni ui-
ro Consulari. Sed Scipio Aemilianus, de
quo hæc scribenda suscepimus, natus est
Ap. Claudio Pulchro, & M. Sempronio
Tuditano Coss. anno Vrbis conditæ. 569.

Qui iam inde à pueritia cum eximiæ indo-
lis, & uirtutis specimen præ se ferret, à pa-
tre ipso Romanis primùm disciplinis, et Græ-
cis insuper artibus, quibus non mediocriter
erat instructus, cœpit erudiri. Postea uero
quam Pater ea celeriter à se filium arripui-
se cognouit, quæ tradere ipse potuit, Gram-
maticos excellentissimos, Sophistas, Fictores,
Pictoresq; ex longinquis regionibus, nedum

NORIS VITA
PERANTO.BEN.LVCEN. 7

ex tota Italia accersendos curauit : quos omnes cum equorum , canum , uenationumq; magistris undiq; exquisitis magna mercede conductos domi semper habuit. Apud quostamen Scipio cum Q. fratre in ijs exercebatur : ad quæ natura magis factus , propensusq; esse uidebatur . Ipse uero Aemilius filiorum exercitationibus semper , nisi cum aliquo Reip. negotio distinebatur , interesse uoluit . tantam adhibebat diligentiam , ut & bonis artibus , & optimis instituerentur moribus . In quibus quidem exercitationibus , & studijs cum maiorem suæ pueritiae partem consumpsisset , tantum profecit : ut & omnes , quibus erat notus , in sui admirationem traheret , & summam futuræ tum domi , tum militiae probitatis expectationem concitaret . Cum igitur iam decimum & septimum ageret annum sub patris ductu , auspicioque primarei militaris rudimenta est ingressus . Nam ab eo tum consule cui bellum aduersus Perseum Macedoniæ Regem à Po. Ro. datum fuerat , in Macedonia ductus , quo die fusus Perseus , fatusq; fuit , ipse adeò effusè , anideq; hostes

LOCI

insectatus illorum terga cædens ut longè plura passum millia progressus fuerit, quam quisquam alioꝝ. Quod impedimento fuit, quo minus se in castra cū cæteris recipere potuerit. Quamobrem omnibus militibus lætitia exultantibus, gaudioq; triumphantibus, Consul unus eum omnino mortuū credens, quod & admodū adolescens, & audax, ac gloriæ percipidus, & laudis audius erat, in maximo luctu, lamentisq; uersabatur. cuius quidē rei fama per omnia castra perlata, maximus fit militū concursus partim ad prætorium ad ipsum ducē consolandū, partim ad eū perquirendū, facibus incensis, inter cadavera hostium. Diu perquisitus, cōclamatusq; tandem ad multā noctem, cū iam indesperatis habetur, cū tribus aut quatuor familiaribus gaudio ouans, ac recenti hostium sanguine p̄fusus in castra, atq; inde in prætoriū ad partē uenit. Viēto deinde captoq; Perseo in Græciā cum eo profectus est, ad ea uisenda, quæ nobilitata fama magis auribus accepta sunt, quam oculis noscuntur. Primum per Thessaliā Delphos iter fecit inclytū Oraculum: inde Lebadiam, ubi in templo Iouis Trophos

acēdens ut longē plu
ogressus fuerit, quam
od impedimento fuit,
cū ceteris recipere po
mnibus militibus leu
ioq; triumphantibus,
uino mortui credens,
escens, & audax, ac
audis audius erat, in
isq; uersabatur. cuius
nia castra perlata, mu
rsus partim ad preton
solandū, partim ad i
cenfis, inter cadaucu
us, cōclamatusq; tam
iam inde speratis ha
uatuor familiaribus
ti hostium sanguine
de in prætoriū ad pa
aptoq; Perseo in Ge
; ad ea uisenda, que
uribus accepta sum,
Primum per Thessal
inclytū Oraculum in
templo Iouis Tropho

nū uidit os illius Specus, per quod oraculo
utentes sciscitatum Deos descendere sole
bant. Inde Chalcidem ad spectaculum Euri
pi, Enoq; ante Insulæ Ponte continenti iun
ctæ descendit. A Chalcide Aulidem traiecit
trium milium spatio distantem; ubi portum
inlytum statione quondam mille nauium
Agamemnoniæ classis spectauit: Dianaq;
templum ubi nauibus cursum ad Troiam fi
lia Iphigenia uiclima aris admota Rex ille
regum tenuit. Inde Oropum Atticæ uen
tum est, ubi pro Deo Vates Amphilochus
colebat, templumque uetus sum, erat
fontibus, riuisque circa amœnum. Ab
Oropo Athenas recta peruentum multa qui
dem uisenda habentes, Arcem, Portus mu
ros Pireum Vrbi coniugentes, Naualia
magnorum Imperatorum, simulachra Deo
rum, hominumq; omni genere, & materiæ,
& artium insignia. Athenis profectus altero
die Corinthum peruenit. Vrbs erat tum præ
clara ante Mūtū excidiū. Arx quoq; et Isth
mus incundū præbuere spectaculū. Arx in
imensa ædita altitudinē fontibus scatebat:
Isthmus uero duo maria ab occasu, et ortu so

A F R I C A N I M I N O R I S V I T A

lis finitima arctis dirimit faucibus. Sicyonem
deinde, & Argos nobiles urbes adiit. Inde
hanc parem opibus Epidaurum, sed celebre
Aesculapij templo nobili : quod ab urbe
quinque millibus passuum distans donis di-
ues erat ; quæ remediorum mercedem saluta-
rium ægri ei sacrauerant Deo. Inde La-
cedæmonem non operum magnificentia, sed
disciplina institutisq; memorabilē, unde per
Megalopolim Olympiam ascendit. Quo in
loco inter cætera spectacula, Iouē ueluti præ-
sentem intuens nō nihil animo motus est. Pe-
ragrata tādē Græcia Demetriadē, inde Am-
phipolim se eōtulit. Vbi ludis à patre magni-
ficentissimè editis interfuit. Quibus cōfēctis,
& rebus Macedonicis compositis, in Italiam
cū eo traiecit : et urbē post præclarissimū eius
triumphalem currum cum Q. fratre est in-
gressus. in qua non se luxui , neque inert-
tiæ corrumpendum dedit , Sed quod adoles-
centiæ reliquum fuit (ubi per negotiatum pu-
blica, tum priuata licebat) in bonarum ar-
tium studijs libentius ponere consueuit : idq;
in dicendi facultate maximè , & in Stoica
disciplina sub Panætio Stoicæ Seçtæ prin-
cipe,

MINORIS VITA
rimit fancibus. Sicyonem
obiles urbes adiit. Inde
Epidaurum, sed celebri
nobili: quod ab ubi
assuum distans donis di
litorum mercedem salua
erant Deo. Inde La
verum magnificentia, se
q; memorabile, unde po
piam ascendit. Quo
rectacula, Iouē uelutique
nibil animo motus est. In
a Demetriadē, inde An
Vbi ludis à patre mag
terfuit. Quibus cōfessi
is compositis, in Italian
i post p̄eclarissimū en
cum Q. fratre estiu
se luxui, neque inn
edit, Sed quod adole
ubī per negotiatum p
ebat) in bonarum an
ponere consuevit iud
aximè, et in Stoic
tio Stoicæ Sectæ pri
cipe,

PER ANTO. BEN. LVCEN. 9

cipe, & homine penè diuino, ac Polybio
Lyci filio Megalopolite ex Arcadia: quos
non domi solum, sed foris etiam secum fes
rè habuit. in dicendi facultate tantos fecit
progressus; ut cumulata bellica gloria ip
sa eloquentia summus, & grauissimus ha
bitus fuerit orator. in Stoica uero disci
plina illud in primis est consecutus, ut om
missa illa, quæ est eius factæ proprium,
seueritate, & asperitate humanissimus, &
lenissimus sit factus. Cui tamen philoso
phiæ ita semper operam dedit, ut uix in
telligerent homines id cum agere, cum age
ret tamen. Poeta quoq; haud contemnen
dus euasit. uersus enim ornatissimos, atq;
optimos ex tempore profundere, & scri
bere solebat. Vnde gaudens aliquando p̄e
teritis laboribus ita cum patria est locutus.
Define Roma tuos hostes.

Nanq; tibi monumēta mei peperere labores.
Hæc quidem ratio, confirmatioq; doctrinæ
rum, & si naturæ ipsius habitu propè diuis
no per se moderatus, et grauis erat: tamen
cum ad naturam eximiam, illustremq;
accessit, omnia p̄eclara, atque singula-

B

AFRICANI MINORIS VITA

ria extiterunt. Libros illos quidem à Xeno-
nophonte non ad historiæ fidem, scriptos, sed
ad effigiem iusti imperij de manibus depone-
re non solebat. Habebat præterea à C. Læ-
lium C. F. cum multis, et eximijs nirtutibus,
tum stoica ratione præditum, eloquentissi-
mum: quo cum tanta benevolentia charis-
tate coniunctus erat, tam amantissimè, con-
iunctissimeq; uiuebat: ut una esset domus,
idem uictus, isq; cōmunis, eadem et de Rep.
et de priuata cura: neq; solum militia, sed
etiam peregrinationes, rusticationesq; com-
munes. Quæ quidem res maximè in cau-
sa fuit: ut Cicero in illo doctissimo, et elegās-
tissimo de Amicitia libro Lælium de ami-
citia disputantem induxerit, et de benevo-
lentiæ, coniunctionisq; necessitudine, qua
inter se deuincti erant, səpè mentionem
facientem. Dum ergo Scipio in his artium
studijs liberalissimis, doctrinaq; uersatur, to-
tusq; animo exollendo est deditus: Athe-
nienses Romam ad Senatum legatos de suis
maximijs rebus miserunt Carneadem Aca-
demicum, Critolaum peripateticum, Dio-
genem stoicum tres illius etatis nobilissimos

PER ANTO. BEN. LV CEN. 10

Philosophos. Quos, dum Romæ fuerunt,
de varijs rebus differentes Scipio cum mul-
tis alijs Ciuitatis principiis audiuit, at/
que in primis Garneadem eo die, cum uel
exercendi sui, uel ostentandi ingenij cau-
sa elegantem, et accuratam habuit ora-
tionem pro iustitia: postero uero die pro
injustitia contra Iustitiam dixit. quæ
quidem disputatio adeo Scipionem delec-
tauit: ut sæpè postea dicere consueverit,
Athenienses sibi nihil iucundius, nihil gra-
tius eo tempore facere potuisse, quam hu-
iusmodi legatos mittere. Cum res in
Hispania Romanis non satis prosperè pro-
cederent: & ciuitas adeo metu suspensa,
ita debilitata esset: ut nullus inueniretur,
qui aut tribunus militum, aut Legatus.
L. Liciniij Luculli Consulis in Hispani-
am, ire uellet. At Scipio tum trigesi-
num quartum agens annum in medium
processit: atque professus est, se, quod
cunque genus militiæ esset imperatum,
excepturum. Quo quidem exemplo ad mi-
litandi studium omnes incitauit. Legatus
igitur Luculli in Hispaniam profectus con-

B ü

A FRICANI MINORIS VITA

tra celtiberos præter cætera facinora, quæ in eo bello præclara edidit, ad Itercatiam Barbarum itercatiensem ingenti magnitudine corporis, à quo prouocatus fuerat, interfecit. Cuius quidem pugnæ effigie eius Barbari filius (in gemma enim quadam eam pugnam incidendam curauerat) quo ad uixit, signauit. Vnde Stilo Præconinus homo facetus satis falsè dicere solebat; quid nam fuisse facturum eum, si Scipio à patre eius interemptus esset. Atq; etiam in eiusdem urbis expugnatione maius multo periculum adjit. Dum enim uehementer utrinque pugnatur, ipse omnium primus murum transcendit. Ex quo egressio facinore à Lucullo murali corona donatus est. M. Etiam Alienum Pelignum in acie scuto suo protexit gladiumq; hosti in pectus infixit. Non multo post ab eodem Lucullo in Africam missus est ad Masinissam tunc & Po. Ro. & Cornelie gentis iustis de causis amicissimum Elephantos petitum, & milites. Erat Masinissa Numidarum Rex, bellumq; eo tempore aduersus Carthaginenses gerebat: quorum imperia-

MINORIS VITA
ter cetera facinora, que in
didit, ad Itercatiam Bar
m ingenti magnitudine
nocatus fuerat, inter se
gemma enim quadam
ndam curauerat) quo
Vnde Stilo Praeconi
atis falsè dicere solebat
eturum eum, si Scipio
nptus esset. Atq; etiam
pugnatione maius mul
Dum enim uehementer
ur, ipse omnium pri
ndit. Ex quo egre
o murali corona do
n Alienum Pelignum
exit gladiumq; hosti
n multo post ab eo
em missus est ad Masi
n. & Cornelie gentis
imum Elephantos pe
rat Masinissa Numi
eo tempore aduersus
at: quorum imperal

PER ANTO. BEN. LVCEN. II

tor erat Hasdrubal. Forte accidit, ut quo
die Scipio eò peruererit, Masinissa, &
Hasdrubal copias instructas haberent, ut
inter se quamprimum acie confligerent.
Quare cognita Scipio in editiorem quen
dam ascendit locum: ex quo tanquam
ex theatro pugnam, quæ ab aurora us
que ad noctem producta est, spectauit
non sine maxima uoluptate. Sæpe
enim posteà, cum in prælijs uersabatur,
dicere consueuit, se ex nulla unqam re
maiorem percepisse uoluptatem, quam
cum decem supra centū millia hominum
prælio decertantium ipse omni periculo, fū
cura uacuus spectauit. Addebat præte
reà duos solum ante se simili gauisfos spec
taculo Iouem ab Ida, Neptunum ex Sa
mothracia, cum acies inter se confligentes
procul spectarent. Victorit tandem Masi
nissæ è prælio excedenti occurrit. Quem
senex ut nepotem eum Africani Maioris
esse audiuit, complexus summa cum lœtitia
exceptit. Carthaginenses autem, cognito
Scipionis aduentu, ad eum oratum mis
runt, ut pacem inter se, & Masinissam

AFRICANI MINORIS VITA.

concilaret. Quod ultiro suscepsum mus-
nus cum confidere non posset: propterea
quod Carthaginenses quicquid circa Em-
porium sibi erectum à Masinissa reddi postu-
larent: seq; Attica argenti talenta in pre-
sentia ducenta, octingenta uero ad tempus
daturos pollicerentur: Masinissa autem id
se facturum nō negaret, si omnes sibi trans-
fugæ traderetur: quod Carthaginenses ne
audire quidem uoluerunt: infecta re ad Lu-
cullum cum Elephantis, & nonnullis Co-
hortibus rediit. Pacatis tandem ab Lucullo
~~omnis~~ ⁶Celtiberiæ populis, & quibusdam eti-
am incognitis nationibus in Hispania subac-
tis, Romanam reuersus est. Quo tempore
cum Patres, authore maximè Catone Cen-
forino, bellum Carthaginensibus inferre sta-
tuissent: & exercitum contra eos in Afri-
cam transportari iussissent: Scipio Tribu-
nus militum quartæ legionis cum M. Ma-
nilio, & L. Martio Censorino Coss. in Afri-
cam traiecit. Quò ubi applicuit nihil ei po-
tius fuit, quam ut Masinissam conueniret.
ad quem ut uenit, omplexus eum senex
aliquantò post nonnullas effusas lachris

mas suspexit in cælum, & Soli, reliquisq;
 Cœlitibus gratias egit: quod ante in suo re-
 gno, & in illis tectis Scipionem conspiceret,
 quam è uita discederet. Deinde Scipio illū
 de suo regno, ille uicissim Scipionem de sua
 Repub. percunctatus est. Post autē appa-
 ratu regio accepti nullis in alijs nisi de Afri-
 cano Maiore sermonibus uersati sunt. cum
 Senex omnia illius non facta solum, sed dic-
 ta etiam commemoraret. Vnde Cicero oc-
 casionem arripuit, ut Scipionis somnium
 communiseretur unicum ex uniuerso sex
 de Repub. librorum naufragio tabulam: in
 quibus quidem libris statum optimæ Ciui-
 tatis Cicero conformauerat. Reuerso Scis-
 pione in castra, consules, acceptis trecen-
 tis, quos imperauerant, obsidibus, armisq;, et
 omnibus bellicis instrumentis: ex authorita-
 te patrum Carthaginenses in alio loco pro-
 cul à Mari decem millia passuum aliud opis-
 dum facere iusserunt. Qua quidem re au-
 dita, Carthaginenses, quippe qui indigna
 fibi imperari, & minime toleranda arbitra-
 rentur, ad bellum omnibus rebus ad id neces-
 sarijs spoliati, præter quā pecunia cōpellūtur:

A FRICANI MINORIS VITA.

qui tamen tanto studio, ac certamine Fas
brorum arma facienda curauerunt: ut sin-
gulis diebus centum, & quadraginta cly-
pei confecti in armamentarium referren-
tur, enses trecenti, lanceæ quingentæ, &
mille tela missilia cum ingenti catapultar-
um, & sagittarum numero. Naves
quoque centum, et uiginti Cataphractas
duobus mensibus construxerunt. Oppu-
gnari igitur, ob sideri q; cœpta est Cartha-
go. in qua oppugnatione, deiecta tandem
parte muri à Consule Censorino, Campus
interior latè patens, & ad pugnam maxi-
mè aptus, ubi à Carthaginiensibus milites
constituti fuerant partim in fronte armis
instructi, alijs post hos lignis, & lapidibus
muniti, apparuit. Huc cum duo Tribu-
ni cum aliquot cohortibus satis temerè ir-
rupissent, ac maximè ab hostibus preme-
rentur: Scipio, qui iam id animaduerterat
de salute illorum maximè sollicitus, dispo-
sit is ex interuallo suis cohortibus in muro,
atq; alijs locis opportunis, & Romanos in-
gredi prohibebat, & ab hostium premen-
tium impetu eos excipiens tutos reddebat.

Quare eius nomen esse cœpit magna apud omnes gloria , cum militibus consulendo prudentior ipso Imperatore existimaretur. Castellum quoque Romanorum nocte ab hostium incendio, paucis equitibus iuuantibus , liberavit . Non multò post Carthaginenses discessu Censorini (Romam enim ad comitia profectus erat) audaciores facti , cum omnibus copijs nocti urbe egressi sunt partim armati , alijs imerentes , & afferentes inuicem ferentes castrorum fossis iniçere , & strenuè uallum ascenderre cœperunt . Qua re maximè perterritis Romanis , Scipio ea porta , quæ longius à prælio aberat , egressus tanta ui in hostes irrupit : ut , omisso incœpto , intra mœnia sese fuga recipere cogerentur . Quo egregio facinore Romanis in tanta trepidatione iterum salutem præstítisse , una omnium uoce ferebatur . Erat Phanias quidam Himilconis filius uir fortis , & cuius egregia opera Carthaginenses in eo bello plurimum utebantur . Hic cum præfector Libyorum esset , & equis in cursu maximè uelocibus plurimum posset : magno

A FRICANI MINORIS VITA

erat impedimento, atq; incommodo Romanis. Nam ex syluis, et conuallibus, in quibus latitare confueuerat, ex improviso profliens pabulantes aggrediebatur Romanos, atq; ijs aliquo illato damno è conspectu euolabat. cū nusquam tamen Scipione suos in aciem educente cōpareret. Pedites enim in ordines dispositos, et equites paratos sēper habebat; in castris uero metādis nō ante ordines dissoluui patiebatur, quam cantū, in quem eundū esset, & ubi castra essent locanda occupasset: equitibus, peditibusq; firmasset: & ipse cum reliquis copijs præsens astitisset. in eos etiam grauiissimè animaduetebat, qui aut ordines deseruissent, aut ab signis discessissent. Quas ob res Phanias nequaquam cum eo congregdi audebat. Hoc modo magis, magisq; quotidie Scipio gloria excellebat: ex quo factum est, ut cæterorum tribunorum inuidia impulsorum crebræ audirentur uoces, inter Scipionem, et Phaniam amicitiam iam inde ab auo Africano Maiore institutam permanere. Paetis interea per aliquor dies cum Phania inducijs, cum alijs Tribuni Libycos in sua oppida, ac munitiones re-

deentes aggrederentur, multosq; caperent,
Scipio, quia necdum induciarum dies exierat, omnes incolumes dimittendos curabat:
neque se prius quisquam cum ijs componeare audebat, quam Scipionem uidisset. Tanta
virtutis eius, & fidei etiam apud hostes opinio erat. Redeuntibus forte a pabulatio-
ne Romanis, Carthaginenses classis præfis-
dium cum inuasissent: propter multos, et ua-
rios clamores, qui utrinq; edebantur, & aus-
diebantur, ortus est tum in Romanis castris,
tum in urbe magnus tumultus. Manilius, ut
qui huius rei causam ignoraret, copias non
temere educendas existimans intra uallum
se se continebat. At Scipio Cohortes haud
mediocri occupatas metu præire iubet: si
mulq; ne cum hostibus congrederentur, præ-
monet: sed incensis facibus multitudinis spe-
ciem præ se ferrent: eoq; modo terrorem ade-
uersantibus injicerent. quo factio, dupli-
tu Carthaginenses in urbem compelluntur.
Tunc etiā Romani Scipionis prudentiæ salu-
tem acceptā retulere. Ex quo factum est: ut,
cū quid strenuè agendum erat, id Scipione
maxime dignum paternæ, & autæ virtutis

AFRICANI MINORIS VITA

æmulo, atq; imitatore iactaretur. Præterea, Manilio ab irrita Carthaginis oppugnatione ad Nepherim aduersus Hasdrubalem, qui cum suis copijs satis inquitum occupauerat saltum, exercitum ducente, Scipio magnopere angebatur animo: quod per rupes, ac conualles, & pleraq; præerupta loca iter esset faciendum, uidebat. Et iam tribus ab Hasdrubale statujs aberant, cum suadere Consuli cœpit ab Huiusmodi desistendum incœpto, quasi oportuniore tempore, & alia ratione id esset agendum. Sed in primis cæteris aduersantibus Tribunis, qui eius prudentiæ, & uirtuti inuidebant, atq; etiam dicentibus id non consilium, sed animi mollitem esse, cum nihil proficeret; iterum suadere conatus est: ut saltem exercitus ad fluminis ripam si steretur: ut, si forte prementur, & hostium uim ferre nequirent, aliquem tutum haberent receptum: cum fugæ aliunde sibi nullus relinqueretur locus. Hæc maximo non solum risu excepta sunt: Sed quidam etiam è Tribunis ministratus est, se arma abiecturum, si Scipio/

nis Tribuni arbitrio , non autem Maniliū Imperatoris exercitus esset ducendus . Vic-
tus tandem huiusmodi uocibus , & ipse
cum ceteris , & flumen , & saltum ingres-
sus est . Initia extemplo pugna , cum cædes
utrinque magna fieret : Romani tandem
effuso cursu , uti prædixerat , flumen re-
petunt : quod cum propter uadi angusti-
am , & loci asperitatem integris ordinibus
trajcere non possent , id dissolutis facere co-
guntur . Quod conspicatus Hasdrubal eos
maiore ui urgere cœpit . multi fœdè cæde-
bantur , cum sibi inuicem opem ferre non
possent , propter effusam fugam . Et iam
tres ex illis Tribunis , qui illius pugnæ au-
thores fuerant , ceciderant : cum Scipio ,
coactis quos potuit , equitibus , suisq; erant
enim trecenti) additis , omnes simul in du-
as partes diuisos in hostes immisit : atq; ius-
fit , ut celeri cursu partim tela iacerent , alij ,
telis iactis se reciperen t . quod cum illi si-
ne intermissione uicisim facerent , contra se
arma Libycos uertere cogebant : eoq; modo
Romanis facilior fluminis transitus daba-
tur : cum interea Scipio obequitans strenue

AFRICANI MINORIS VITA

pugnaret. Dum hæc geruntur, duæ Cohortes à cæteris diuisæ, cum in tumulum quendam configissent: ab Hasdrubale obsideri sunt cœptæ. quæ quidem res non prius cognita, quam in castra uentum est, uariè affecit Romanos. Nam erant qui potius fugiendum censerent: quam uniuersis propaucorum salute periculum uitæ subeundum: Scipio uero celeriter, et audacter strenuis uiris laborantibus opem esse ferendam, docens priusquam aggrediare prudentia, & confiliò opus esse: adducta uero re in discriumen animo, et celeritate. Quare profensus aut se eas cohortes incolumes reducti, aut strenue pugnando cum ijs mortem & quo animo oppetiturum, cum paucis delectis equitibus, assumptis duorū etiam dierum cibarijs, ad tumulum contendit: cum omnes de reditu eius desperarent. Quò ubi peruentum est, ascensum quendam ante eum tumulum, in quo cohortes obsidebantur, quam maximo cursu potuit, occupauit. Qua recognita, Libyci acrius obffos premere, ac uehementius oppugnare, simulque ijs significare, nequaquam Scipionem auxilio uenire

PERANTO.BEN.LVCEN. 18

posse. Sed Scipio postquam radices utriusque tumuli uallemq; interiacentem satis contemplatus est, nulla interposita mora, hostes per eam inuadit: qui statim ab utraq; parte circumuenti fugæ se se mandarunt . quos tamen Scipio, quoniam numero superiores erant, cum insequi noluisset, satis sibi superque uisum, suos ab iminenti periculo liberasse, reuersus in castra ingenti plausu, ac laetitia à ceteris deum aliquem dictitantis illi auxilio esse, exceptus fuit. Manus uero, ut qui iam satis uirtutem & prudentiam Scipionis cognouisset: postquam ad exercitum uenit, quem ad Carthaginem reliquerat, pœnam ijs minitatus est qui eius dicto in reducendis copijs audientes non essent. Versantibus tamen omnibus in magno mœrore, ac luctu cum omnium causa, qui in eo certamine ceiderant: tum uero maximè Tribunorum: quod corum corpora insepulta iacerent: Scipio unum ex captiuis ad Hasdrubelem liberum dimissiussit. qui ab eo uerbis suis peteret, ut Tribunos sepeliendos curaret. Quod Hasdrubal non grauare fecit: uel quod huma-

AFRICANI MINORIS VITA

num cōmuneq; cum hostibus id esse crede-
ret : uel quod Scipioni quem iam tum co-
lebat, et obseruabat, obsequi maximē cu-
peret . Legati, qui dum hæc geruntur, à
Senatu in Africam fuerant missi ad omnia,
quæ ibi fierent diligentissimè exploranda,
atq; cognoscenda : in castra cum peruenis-
sent, Manilium ipsum, omnes principes, ac
Tribunos, deposita omni inuidia, uerissi-
mum ac grauissimum Scipionis uirtutum,
rerumq; gestarum testimonium dantes au-
diuerunt . Quod ubi legati Romam re-
uersi in Senatu retulerunt : addiderunt om-
nium ferè militum uoluntatem in Scipio-
nem propensionem esse . Quibus quidem
rebus pernotus senatus propensiore etiam
ipse animi uoluntate in illum, gratiaq; esse
cœpit . Atq; etiam Cato uir, qui sibi, at-
que animo suo cum nullius unquam tur-
pitudinis gratiam fecisset, atq; ob eam cau-
sam haud facile alterius libidini malefac-
ta condonaret, lingua ad uituperandum
promptior illius uirtutem tantis laudibus
est prosecutus, ut illud protulerit Homeri
carmen ,

Oios

ΟΦΩΣ ΠΕΡΙ ΒΥΤΩ. ΤΟΙ ΔΕ ΟΝΙΚΑ ΔΙΑΣΟΒΙ
Soli sensus inest, alijs simulachra feruntur.

Populus uero Romanus ob hanc ipsam causam tanto illum studio complexus fuit, ut proximis comitijs complurimè cum tribus consulem scriberent: cum id per etatem minimè liceret. Per idem ferè tempus, cum Massissa Rex iam etate confectus (annis enim nonaginta maior erat) grauiter iaceret: a Manilio consule per literas petiit, ut ad se quam primum Scipionem mitteret, mortem suam ratus feliciorem futuram; si in amicissimi uiari complexu extremum uitæ spiritum edidisset; & regni, ac filiorum consultorem reliquisset. Tamen supremam iam adesse horam sentiens haec uxori, filijsq; madasse, ac præcepisse memoriæ, ac literis proditum est: ut in terris unius Po. Ro. noscerent, et obseruarent: in Po. autem Ro. unam Scipionis domum: his duobus eniteretur domi, militiæq; quam maximo usui esse: hos duos sibi cognatorum, hos affinium loco ducerent: se de regno nihil in præsentia statuere: integra omnia Scipioni reseruare: cum diuidendi regni arbitrii haberent: quod

C

AFRICANIMINORIS VITA

ille statuisset, id perinde, ut testamento causum, immutable, sanctumq; conseruarent. Hæc cum locutus fuisset, è uita demigravit. Scipio autē, ubi paulò post Massinissæ mortem eò peruenit, regnum inter eius filios hoc modo diuisit. His, qui è cōcubinis nati erant plurima contribuit bona. legitimis uero, qui tres tantū erant, Micipsa, Gulussa, & Mana stabales, pecunias omnes, aurū, argentumq; factum, et insectum assignauit, ac regium non men cōmune esse uoluit. Cætera quoq; , ut æquum uisum est, disposuit. Micipsa natu maiori, cui pacis studium in primis cura fuit, Cirtam urbem, & quæcunq; regia in ea essent, concessit. Gulussæ artibus militaribus erudito, qui secundus ab illo fuit, pacis facienda, belliq; inferendi potestas data. Manastabali autē minori natu, & græcis literis prædicto exercēdæ iustitiæ munus, cuius erat cultor, assignatū. Hac igitur ratione Massinissæ regno diuiso, Gulussam belli sociū secum duxit: & eius egregia opera in primis usus est ad effugiēdas Phaniæ insidias, qbus assidue infestabatur. q tamen Phanias paucis post diebus ad Romanos authore, ac hortar

tore ipso Scipione, defecit. Nā Scipio aliquādo, & Phanias ita per Crepidinem quandā, quæ uastam in medio, fūt accessu difficillimo uallem continebat, iter faciebant: ut alter alterū n:q: inuadere, neq: offendere posset. Scipio autem ueritus hostium insidias agmen cum tribus antegradiens omnia explorabat. Quod cū animaduertisset Phanias cum uno ex suis obuiā ei pcessit. Idē Scipio ratus illū secū loqui uelle, ascito uno tantum comite, fecit. Sed ubi appropinquauerunt, ut alter alterū audire posset [Carthaginenses enim præcesserant] cur, inquit, Scipio o Phania saluti non consulis tu&e, cum communi non possis? Tum ille, quæ mibi spes salutis es se potest, rebus Carthaginensium sic accisis, & Romanis tot à me iniurijs, & in commodis affectis? Tum Scipio tibi spondeo, inquit, atq: in me recipio, ueniam apud Romanos, & gratiam non defuturam. His cum Phanias annuisset, dignissimum, inquit, omnium te iudico, cui fides adhibetur: nec quicquam te polliceri arbitror, quod non exploratum habeas an obtineri possit. His dictis dilapsi sunt, quisq: ad sus

AFRICANIMINORIS VITA

os. Reuerso deinde Manilio ad Nephērim à
quodā ex Guluss & militibus in castra ad Sci-
pionē affertur epistola: quā ob signatā, ut erat
Imperatorile dā tradidit q̄ in hāc sentētiam
scripta erat. Hac ipsa nocte ad eū ueniā locū
ubi inter nos collocuti sumus. tu uero q̄bus
cum placuerit, accedito: & uigilijs, ac ſtar-
tionibus impera, ut ad te noctu uenientē ac-
cipiant. In hac epistolā nullum erat nomen
ad scriptum: ex quo Scipio Phaniæ esse arbi-
trabatur. Manilius autem ob eā ipsam cau-
ſam maximē timebat, nequa ſtrueretur fra-
us ab homine callidissimo. tandem eō incli-
nauit ſententia: ut Scipio ad eum iret locū:
& Cōfūlis nomine Phaniæ ueniam promis-
ceret, gratiam autem nullam: Verū quæ ho-
nesta effent relaturum ſe, fū ea ſenatum nō
effe recufaturum diceret. Sed nulla opus fu-
it relatione: ubi enim Phanias in conspectū
Scipionis uenit, ſe ſalutem ſuam illius fidei
cōmittere, dixit: gratiæ uero referendæ ſena-
tus arbitrium effe: atq; ita diſceſſit. Poſtero
die habita concione ad ſuos, cum duobus mil-
libus, et ducentis equitibus ad Romanos trā-
ſit maxima cum lētitia non ſolum ipſius Ma-

PER ANTO. BEN. LVCEN. 19

nilij, sed totius etiam exercitus Scipionem ueluti triumphantē lētis clamoribus prosequētis. Iam cōperat exercitus Romanus fame laborare, cū Scipio ascitis phanias, & Gulsuffa, cum nōnullos anteā praemississet Italos suis omnibus copijs ad campum, quem incōlē magnum Baratum appellabant, processit: unde magnam frumenti uim noctu in castra attulit. Manilio autem, accepto nuntio Calpurniū Pisonem fibi successorem mitti, non alienum uisum est, Scipione, & Phaniam Romam dimittere. Qua quidem re per castra perlata milites ad nauem concurrere, ac Scipionem non laudibus solum in cōlum tollere, sed Deos etiam, ut imperator ad se rediret, precari: quasi solus natus esset ad interitum, exitiūq; Carthaginis: id quod plurimi Romam ad suos scripsere. Senatus collaudato Scipione maximē, plurimisq; honestato muneribus Phania, iussit Pisonem consulem in prouinciam uenire. Qui plurimis in ea acceptis incōmodis, rēque sāpē infeliciter gesta, ab Hippargeta tandem Uticā in hyberna turpiter est compulsus. His omnibus Romam perlatis, omnes summa in

C iij

AFRICANI MINORIS VITA

tristia, & trepidatione uersari cœperunt
non solum quod bello in dies crescenti, ac om-
nium difficillimo nullum finem expectabant
futurum: sed etiam, quod quotidie refere-
bantur maiores Carthaginensium apparas-
tus: ac per eosdem multos ex finitimiis popu-
lis mercede, & pollicitationibus sollicitari.

Quare Scipionis res primū in Hispania
deinde in Lybia gestas animo repetentes,
easq; cum præsentium rerum statu conferen-
tes, Catonis uerba, legatorumq; commemorā-
tes eum primo quoque tempore cōsulem ef-
ficere constituerunt. Cum igitur iam adesset
comitiorū tempus Scipio, quoniam per æta-
tem (octauum enim, & trigesimum agebat
annum) nequaquam consulatum assequi
licebat, Aedilatatem petiit. Populus uer-
ò statim cōsulem dixit. Cui quidem
rei patres aduersari cœperunt, ut quæ esset
iniqua, & contra legem, quæ prohibebat,
quenquam minorem annis quadraginta tri-
bus cōsulem fieri. At ciues rogare, insta-
re, clamare demum incipiunt: ex Romuli
& Iulij tribuni Plebis legibus Populum co-
mitiorum esse principem, & legum, quæ

in ijs fermentur, ita ut & dare magistratus quibuscumque libuerit, & datos auferre possit. Vnus etiam e tribunis proclamauit creādorum magistratum facultatem à consulibus auferendam, si ita Populo uideatur. Vicit tandem Patres legibus solui Tribunis imperauerunt. Itaq; Scipio legibus solutus ex candidato Aedilitatis consul factus est cum M. Druso, atq; extra sortem ei prouincia Africa est data. Supplementum autem exercitus ex ordine concessum est: ex socijs tot uoluntarios educere quot suadere posset: à Regibus, & ciuitatibus eos accipere, quos e Rep. esse censeret. additæ præterea fuerunt literæ ad eos Po. Ro. nomine scriptæ, quibus, si opus esset, uiteretur. Hoc tempore cum ab eo quidam uetus affectator ex numero amicorum non impetraret, ut se præfectum in Africam duceret, & id ferret molestè: noli, inquit, Scipio mirari, si tu à me hoc non impetas. ego iampridem ab eo, cui meam existimationem charam fore arbitror, peto, ut tecum Præfектus profiscatur, & adhuc impetrare non possum. Ab Urbe tandem profectus in

AFRICANI MINORIS VITA

Siciliam primūm inde Uticam sub occasum
solis appulit . Mancinus interē à Classis præ/
fectus qui cum Phania , & Pisone consule
ante aduentum Scipionis in Africam traie/
cerant , aggressus partem muri Carthaginis
ab oppidanis neglectam tum eruptione ho/
stium , tum inopia cibariorum in summum
periculum adductus fuerat : nuntium ad
Scipionem , fīt Principes Uticenses roga/
tum misit : ut sibi laboranti opem ferrent .

Quo nuntio circa medium noctem accepto ,
Scipio extemplo milites per Tubicinem cōno/
cari iussit , & Uticensium adolescentes , qui
pætatem possent , cōmeatum ad naues fer/
re imperauit . Deinde Captiuum ex Cartha/
giniensibus dimisit , qui suis nunciaret , Sci/
pionem Mancino uenire subsidio . Misit
Præterea nōnullos equites ad Pisone pro/
perè acerendum , qui tum mediteranea lo/
ca obsidebat . ipse de quarta uigilia milites
educit præmonitos , ut cum hostibus appro/
pinquaret , erecti supra stramenta illis , quā/
tum possent ora ostentarent . Mancinus or/
ta iam luce graui accepto uulnere , sub ipfis
Carthaginis muris deleri posse uidebatur , cū

Scipionis naues in alto uise sunt militibus
undiue extatibus refertæ. Carthaginien-
ses uero, quod ex captiuo iam cognouerant,
Scipionem præter omnium opinionem auxi-
lio uenire, Romanos oppugnare deſtiterant.
At Scipio omnibus Mancini militibus in na-
ues acceptis, & eo saucio Romam dimisso,
hanc procul Carthagine confedit. Hic cum
animaduertisset à militibus libidine omnia,
& licentia ex nimia (ut fit) Imperatoris in-
dulgentia collecta: nihil instituto, ac discipli-
na militari fieri: propter auaritiam & lu-
crum nihil cogitari, nisi cœdes, & rapinas:
socios Po. Ro. negligi: esse præterea magnā
institorum multitudinem in castris, qui in ra-
pinis, & alijs facinoribus sese militibus cor-
ruptioribus immiscerent: censuit sibi non fo-
lum necessarium utendum esse lege, quæ mi-
litem longius à Castris diſtantem, quam pos-
set sonum tubæ audire, in hostium numerū
referebat: sed eos etiam paucis admonendos
& corrigendos esse. Intelligebat enim diffi-
cile, posse hostes superari; nisi milites & obe-
dientiam, & continentiam Imperatori præſti-
tiffent. Quare vocatis ad concionem mis-

AFRICANI MINORIS VITA

litibus, ipse in editiorem conscendit locum,
et facto per præconem silentio in hanc sen-
tentiam locutus est. Se, etiam si potesta
tem haberet summo in eos utendi suppli-
cio, nisi dicto audientes fuerint: tamen
haud inutile censuisse; eos paucis præmo-
nere. quod ea, quæ facerent, huiusmo-
di essent, ut sine pudore proferri non pos-
sent. latrones potius esse appellandos,
quam milites, in castris metandis laborem
subterfugere: delitij potius, quam uictoriae
studere: eorum socordia factum esse, ut ho-
stium opes post suam profectionem præter
omnium expectationem tam creuerint. Sed
rerum præteritarum se libenter obliuisci, mo-
do ipsi ad sanitatem redire uelint illud in pri-
mis scirent, uenisse se; non ut latrocinia exer-
ceat: sed ut Romanis artibus superet hostes,
et uictoriam consequatur. Iccirco iubere,
ut omnes, qui milites non essent, è castris abi-
rent, neque quisquam amplius in ea rediret,
nisi qui cōmeatum ferret, eumq; militarem, fū
exilem: quem tamen præscripto tempore di-
stribuerent. quod ut rectè fieret, se cum Quæ
store operam daturum pollicitus fuit. Ad

bæc, uelle se omnium laborum, & periculo'rum participem esse: in quibus qui, ut mili' tem Romanum, uirumq; deceret, se gessisset, eum magna consecuturum præmia: qui ue'ro contrà, sciret se nō impunè laturum. His dictis omnium inutilium hominum turbam, & quæcumque militum animos effœmina're, & corrumpere possent, è castris eiecit. Pur gato tandem exercitu, & ad pri'stinam mi'lii & disciplinam renocato, locum muro Car thagini iunctum, quem Megaram appellas bât, clam aggressus est, bifariam insidijs noc'tu dispositis. Nam ex altera parte quibusdā ex suis præmissis, ipse ex altera cum securis bus, uectibus, scalis circiter. xx. stadia pro'cessit. Sed perceptis ab ijs, qui proximè in mu'ro excubabât, insidijs, clamor statim editur, contra & ipse Scipio cum suis omnibus clas morem tollere cœpit: id ipsum cū uehemen'tius præmissi ex alera parte etiam fecissent, maximus e'st iniectus Carthaginiensibus terror. Scipio intere' à quamvis circa mu'ros nihil intentatum relinqueret: nihil tan men perfecit. Erat fortè priuati cuiusdam turris derelicta extrà muros, cuius altis

AFRICANI MINORIS VITA

tudo mœnia & quabat. Ab hac Romanis ac-
tis hastis in murum, constratisq; per inter-
nalla lignis, & asseribus in murum transie-
runt: ac Megaram occupauerunt. Perfrac-
tis deinde portis, et Scipionē cū quatuor mil-
libus hominum recepto, adeò perterriti sunt
nō solum ij, qui in muro, & urbe erant, sed
ij etiam, qui ei uallo, quod post Mancini pro-
fectionem quinq; stadia procul ab urbe Car-
thaginenses iecerant, præsidio erant: ut res-
licto uallo, uelut si reliqua urbs capta esset,
in Byrsam configerint, qui locus totius ciui-
tatis munitissimus erat. Scipio cum animad-
uertisset eum locum umbrosis arboribus ru-
bis, ueribusq; obfitū ac multis aquis undiq;
scatentibus refertū ob eamq; causam nō satis
peruiū, & ad insidios maximè aptū noluit
ulterius progredi, sed inde egressus uallū ab
hostibus desertum succedit, & Isthmū om-
nē fossa circundedit iactu teli ab hostibus dis-
stante, pugnantibus simul, & fodientibus
militibus. quod opus patebat in longitudinē
quinq; stadii. Hoc pfecto opere al-
terā duxit fossam haud multū à priore distā-
tem cōtra hēsternū hostem, duas præterea

bis maximè similes addidit ita, ut quadrati for
mam uniuersum opus habere uideretur. has
fudibus utrinq; acutis, lignisq; in transuers
sum ductis præmuniuit: post reliquas agerē,
¶ uallum extruxit, unde in urbē esset pro
spectus, muroq; quinq; fī uiginti stadia lon
go circundedit. cuius altitudo omnes hostiū
munitiones, præter propugnacula, & turres
quæ muro adiacebant, duodecim pedes supa
bat. in medio autē altior turris excitata fuit:
supra quā propugnaculū quoddā quadratū
ē ligno perfectum fuit: unde quæ fierent in
urbe facile prospici possent. Hæ omnes muni
tiones diebus uiginti, totidēq; noctibus perfec
tæ sunt à militibus eodem tempore opus facien
tibus, & pugantibus, atq; uix somnū, & ci
bum ad sustentandū corpus necessarium ca
pientibus. Huc statim suas duxit copias, at
que eodem tempore castra suis militibus mu
niuit, & Carthaginenses obsidione preme
re cœpit: cum ijs aditus ad urbem pateret nul
lus, ut cōmeatus cōportari posset, præter quā
à superiore colle. Hinc hostium fames, hinc
omnium malorum causa orta est. Nam cum
ex ciuib; ad septuaginta hominum millia

AFRICANI MINORIS VITA

obsiderentur, & magnam in urbem (ut fieri solet) agrestium multitudo cōfluxisset, neque quisquam propter obsidionem egredi posset: quicquid commeatus, aut terra supporta retur, aut mari, cum tranquillum erat, uehe retur: cito conficiebatur, ex quo fames in dies crescebat. Erat Bithyas quidam equitum Carthaginensium praefectus. Hic iam pridem ad commeatus supportados missus, cum neque clam accedere, neque ui Scipionis uallum transcendere posset, cōmeatu in scaphas imposito, cum Romanorum naues fluxu undarum, atque refluxu afflictarentur: neque sub mœnibus diutius permanere; neq; iunctim subsistere possent: uentos, et idoneam tempestatem obseruans in portum tanta celeritate ferebatur: ut Romanæ triremes magnitudine, & pondere tardiores, neque impedire, neque eas assequi possent. Quod cum Scipio animaduertisset: ea quoque nauigatione, quæ erat ab occidente, neq; multum aberat à continenti, hostes excludere statuit. Aggerem itaque rectum cœpit struere à Tænia, quæ in medio stagno sita Lingua appellabatur: progressus deinde in pelagus est, &

usque eō , quā in portum ex alto inueheba-
tur; quē ut perfecit, saxis ingentibus, crebrisq;
firmauit, ne æstu dissolueretur. Huius ag-
geris pars superior patebat in latitudinē qua-
tuor, & uiginti pedes, inferior uero sex, &
nonaginta. Carthaginenses primo ridere: ut
qui arbitrarentur tantum opus in loco tam
difficili aut perfici non posse, aut ad perfici-
endum longo temporis spatio opus esse: De/
inde ubi nec nocturna quidem tēpora ad mi-
litum laborem intermitti uiderunt: ac magno
totius exercitus studio paucis diebus effec-
tum, magnitudinem eius admirari cœperūt:
admiratio tandem in magnum timorem est
uersa. Hoc enim opere portus uetus obstruc-
tus fuit. Itaque Carthaginenses , qui sæpè
in eo bello quantum in rebus agendis celeris-
tate, consilio, sedulitate, ac uigilantia uales-
rent, ostenderunt eo tēpore adeō tacitē, et oc-
cultē nouum aliū fibi portū, adhibitis ad effo-
diendū mulieribus, et pueris fecerūt, et exiguo
tēporis spatio classem quinquaginta nauī,
triremī, quadraremī q; imlarū, et myoparo-
nū construxerūt: ut ne ex captiuis qdē Scipio
quicquam certi cognoscere potuerit . affir-

A FRICANI MINORIS VITA

mabant enim die, noctuq; strepitum in portu
exauditū, sed se eius causam ignorare. Tā-
dem patefacto repente portu ex ea parte, quæ
ad orientē spectat, naualem inierunt pugnā,
in qua multis amissis nauibus inferiores di-
scesserunt. Paucis interpositis diebus Sci-
pio ex orta luce agerē aggressus, cū debilis ad-
modum esset munitio, quæ portui iminebat:
arietibus, alijsq; machinis adhibitis eius par-
tem deiecit. Carthaginenses autē, & si fas-
me, multisq; malis premebantur noctu tamen
mænibus erumpunt, et nudi mare (terra enim
omni aditu prohibebātur) ingrediuntur, nan-
tesq; (nullus enim erat nauium usus propter
Romanā classem latē omnia tenentē) facibus
extinctis, ne cōspicerētur, ad Romanoꝝ machi-
nas deferuntur. quas cū excitato igne incen-
dere uellent, maximus exortus est tumultus
tum ex militū Romanoꝝ cōcursu, tum ex ua-
rijs clamoribus, q ab utrisq; tollebātur Roma-
ni multa inferentes, ac uicisim accipiētes uil-
nera adeò ptinacia hostiū animo pterriti sūt
ut fugae se se mandare cōperint. Quare co-
gnita Scipio accensus ira eō citato equo ad-
uolat, et suos fugientes ui psterni, et inter-
fici

fici iussit, ni fugam reprimerent. Quae ex
re plurimi fugiendi finem fecerunt. Ho-
stes uero absuntis igne machinis, in Ur-
bem, quæ uenerant, rediere. Scipio tas-
men desperationem eorum ueritus, quod
relicuum noctis fuit, cum suis omnibus in
armis permanxit. Postero die Cartha-
ginienses, murum qui superioribus diebus
fuerat deiectus ab Romanis, refecerunt:
turreisque, spatio mediocri interiecto, in eo
excitauerunt. In regione quarum Scipio ag-
gerem instituit, ex quo sui faces fulfure, &
pice delibatas in hostes, & eorum munis-
tiones coniiciebant. Cum autem flams
ma adacta nonnullas absumpisset turres,
atque ob eam causam hostes inde fugam
fecissent, Scipio aggere potitus, fossa eum
circundedit: & murum ex lapidibus eduo-
xit mediocri ab hostibus distantem inter-
nallo; ubi militum quatuor millia præsi-
dio collocauit. Atq; haec ea estate ges-
ta sunt. In eunte autem hyeme cū plurimis
mos circa fauere hostibus, & auxilia ab ijs
submitti Scipio cognouisset, quamprimum
eos opprimere, & in medio tollere statuit.

D

AFRICANI MINORIS VITA

Quare alijs ex suis alio missis , ipse Nepherim contra Diogenem quēdam , qui Hasdrubalis adiutor erat (nam non multo ante eius castra ad Nesentem oppidum loco difficultimo sita cum exercitu deleuerat) per stagnum nauibus est profectus , cum iussisset C. Lælium terra eodem maturare . Vbi eo peruenit , duobus stadijs procul à Diogene castra posuit : deinde cura resistendi Diogeni Guluss& delata , ipse Carthaginem in castra reuersus est . Vbitamen assidue non comorabatur , sed ultrò , citroque nunc Carthagine Nepherim , nunc à Nepheri Carthaginem cuncta , quæ in utrisque casistris gererentur diligentissimè explorans , curritabat . Tandem aliquando inter duas turres iam uetustate confectas , ac semidirutas propè Nepherim cōsedit , ubi mille decem milites Diogeni à tergo in insidijs collocat : tria uero millia à fronte opponit : cum quibus ipse qua turres exes& corruerant , ascendere cœpit , ita ordinibus partite , et Cuneatim dispositis , ut prioribus subsequentes impedimento esse possent , ne fug& fese mādarent , si ab hoste uehementius urgerentur .

Et iā Libyci è castris magno cum clamore in pugnam ruerant: cum, qui in insidiis à tergo collocati fuerant, de improviso ē præter omnium opinionem, ut imperatum fuerat, hostium uallum ascendunt, ē Libycos, qui præsidio relicti fuerant maiorem multo numerum hostium, quām qui cernebatur, adeisse suspicatos in fugam coniiciunt, castrisq; eorum potiuntur. Gulussa ex altera parte cum suis Numidis, & Elephantis impetum facit, plurimosq; fœdaciēde conficit. ad septuaginta hominum millia ex omni genere eo die cæsa dicuntur, decem millia capta, ad quartuor millia fuga sibi salutem petiere. Hac parta uictoria, Nepheris obfideri est cœpta in qua obsidione per duos, ē uiginti dies, qui bus expugnata est, & propter anni tempus; et quod in regione frigidissima res gerebatur, Scipio multa incōmoda perpessus est. Sed ex eo die in spē capiēdæ Carthaginis uenisse uidetur. Nam & magna cōmeatus copia hostibus erupta fuerat, ē in dies maior multitudine Libycoꝝ in sua castra cōfluebat. Ad hæc, cætera Libyæ loca partim deditio[n]e, partim nō multo labore capta ī suā uenerāt potestar.

AFRICANI MINORIS VITA

tem: Tum Carthaginenses rei frumentariae inopia uehementius conflictabantur. Ineunte igitur uere Scipio Byrsam aggressi, & Portū, qui Cotonus dicebatur, expugnare constituit. Id cum Hasdrubal præcognouisset, noctu eius portus partem succedit, ut & ab ea oppugnatione Scipionem auerteret, & ex ea maximè parte eum inuaderet. quod quidem mox fecit cum ijs omnibus, qui arma ferre possent. Sed Lælius cū suis impigre equo circumuectus hostes in Scipionem uersos à tergo inuadit: qui cum paulisper fortissimè pugnam sustinuissent, confectis penè corporibus fame, & deficientibus viribus partim capti, alijs cæsi sunt: qui uero superfuerunt, in Byrsam se se retulere. Scipio capto circa Cotonum muro, commeatuq; Carthaginensium iam proximo intercepto, cum iam uespera diei esset, & nihil amplius moliri posse uideret, quamuis pugna lassus, tamen sub armis ea nocte conquieuit. Prima autem luce cum Polybio, ac quatuor millibus armatorum, acriter propugnatis hostibus, muro, portæq; successit:

quo defensoribus nudato, & ipsa subrata
porta urbem est ingressus. Milites autem
Fanum Apollinis, in quo erat statua eius
aurea, & illi sacellum aureis laminis mil-
le talentorum pondere uestiebatur, expi-
lauerunt: eamq; securibus discisam pre-
dam inter se partiti ad incepsum redie-
re. Scipioni interim Polybius suadere
cœpit: ut in mare, quod in medio nō adeo
profundum erat, aut murices ferreos spar-
gundos, aut tabulas clavis præfixas iniici-
endas curaret: ne transeuntes hostes pro-
aggeribus pugnarent. ridiculum esse di-
xit: cum iam muros cœpissent, ac intra
urbem essent, querere ne cum hostibus
pugnarent. Non multò post Byrsam op-
pugnare aggressus est, quam tandem cum
maxima, & miseranda hostium cœde ex-
pugnauit. Tum uero ignem ædibus insi-
fit tribus in locis inferri, maiusq; in horas
incendium excitari: ut facilius miles per
uicos discurrere, & quemq; obuium trus-
cidare posset. Et cum tota urbe nihil, nisi
si cedes fieret, fletu, genituq; omnia erant
plena. dum integri saucijs, uiri mortuis

D iiij

A FRICANI MINORIS VITA

incidentes cumulabantur, & alia super aliorum corpora ruebant. Et iam tanti laboris finis, & gloria victoriae adesse cernebatur, satisque pœnarum expetitum uidebatur, cum Scipio diurnis, nocturnisq; laboribus (septem enim assiduis diebus Carthaginem oppugnauerat) uigilijs, atq; inedia defatigatus in edito consedit loco: ex quo quæque adhuc gesta essent, diligentissimè, & ex ordine est contemplatus. Septimo autem die nonnulli iunes ritu Aesculapij sacerdotum fertis redimiti ad Scipionem uenerunt multis, & supplicibus uerbis orantes, ut qui dedere se, & e Byrsa egredi cōstituissent (fuerunt ad quadraginta millia) eos saluos, & incolumes esse uellet. id Scipio, exceptis transfigis, non grauatè concessit. Hasdrubal uero è templo Aesculapij, quod in arce erat, deserta uxore, & duobus liberis clam ad Scipionem supplex uenit eius fidem atque misericordiam implorans. quem ille ad suos pedes sedere iussit, ut à transfigis conspiceretur. qui ubi Hasdrubalem confexerunt silentio à Scipione imperato, in eum acerbè, & contumeliosè inuenienti sunt. Deinde Aesculapij templum incensu-

dere, cuius incendio & ipsi absumpti sunt.
memoria quoque proditum est, Asdrubalis
uxorem, cum templum incendio flagra-
re uidisset, exornasse se quantum miser-
rima eius conditio patiebatur: & unde
conspici posset, filiis ante suos pedes con-
stitutis, haec in praesentē, & audientem
Scipionē dixisse. Non & grē fero o Roma-
ne, ut me hostem circumcidas, sed istum
Deorum, patriæ, mei quoq; & filicium
proditorem fortunam Carthaginis, teq; unā
iuare, maximè indignor. Deinde in
Asdrubalem conuersam exclamasse. O
scelerate, perfide, & uirorum omnium
effeminatissime, Hic me profecto, ac filios
tuos ignis absumet, tu uero, quod Car-
thaginis magnæ dux aliquando fueris,
isto modo triumphas? & his dictis filios
interfecisse, seq; cum illis in ignem conie-
cisse. At uero Scipionem, cum Urbem
intueretur, quæ per septingentos an-
nos, ex quo condita fuerat, rebus om-
nibus floruisse: quæ tā latè fines impe-
rij propagauisset: permultum classe ma-
ritimisque rebus ualuisse: armis nul-

D iij

AFRICANI MINORIS VITA

lius prisorum imperio inferior, audacia vero & animi presentia longè superior fuisse: demum omnibus spoliata subsidijs per tres assiduos annos depugnasset: fame belloq; profligatam ad extremum uenisse excedium, illachrymasse ferunt: & aut dedita opera, aut casu Homericum illud prouulisse aiunt.

Εστε ήρας, οπέν ποτ' ολωληίλος ίρη
καλπρίας, καὶ λαὸς ειμελίω πράμοιο
Iamq; dies aderit, sacrae cū pgama Troie,
Et Priamus, Priamiq; audentis turbaz.

Polybius autem satis audacter, & amicè (erat enim illi studiorum comes, & preceptor, ut iam diximus) ex eo quæfuit, quidnam eo carmine significare uellet. Romam respondisse scriptū reliquit: de qua humanis perpenfis rebus maximè animi pendebat. Post Carthaginem captam prædā omnem, præterquam aurum, argentum, et insignes statuas militibus concessit: eosque multis honestauit præmijs, exceptis ijs, qui

Apollinis templum spoliauerant. Nam
deinde cursu celerem spolijs onustam cum
C. Lælio Romam misit uictoriæ nunciam.
Præterea cum diutissimè, sæpissimeq; ue-
zatam à Carthaginensibus Siciliam no-
misset, Siculis Omnibus literis accitis, que
potuit restituenda curauit: ut quos uicto-
ria Po. Ro. maximè Lætari arbitraretur:
apud eos monumenta suæ Populiq; Roma-
ni liberalitatis collocaret. Itaq; Thermitas
nis signa ix ære complura restituit. in his
mira pulchritudine erat Himera in mulies-
trem figuram habitumq; formata, ex oppis
di nomine, & fluminis. Stefchori Poetæ
statua senilis, incurua, cum libro miro ar-
tificio facta. Item cappella quædam, ea
quidem mirè, & scitè facta. Agrigentinis
illum nobilem Taurum reddidit: quem cri-
delissimus omnium tyrannorū Phalaris ha-
buisse dicitur: quo uiuos supplicij causa de-
mittere homines, & subiçere flammarum so-
lebat. quem Taurum Scipio cum redderet
Agrigentinis dixisse dicitur: æquum esse,
illos cogitare, utrum esset Siculis utilius, su-
is ne seruire, an Po. Ro. obtemperare: cum

AFRICANI MINORIS VITA

idem monumentum , & domesticæ crudelitatis, & Romanorum mansuetudinis habarent . Etiam signum Apollinis pulcherum : in cuius femine literis minutis argenteis nomen Mironis erat inscriptum . Redditum , & Diane simulacrum Segestanis ex ære , singulari opera , artificioque factum , amplum , extelsum cum stola : Verumtamen inerat in illa magnitudine ætas , atque habitus virginalis : sagittæ pendebant ex humero : sinistra manu retinebat arcum : dextra ardentem facem præferebat . Hoc Segestæ sanè excelsa in basi positum , & in ea grandibus literis Scipionis nomen incisum , idque Carthaginæ capta restituisse , perscriptum fuit . Tindaritanis autem signum Mercuri restitutum pulcherrimè factum . Enguinis Loricæ , Galeasq; æneas cœlatas opere Corinthio : et Hidras grandes simili ingenere , atque eadem arte perfectas : in quibus suum nomen inscribendum curauit . Hæc & alia multa sicutis redditæ plurimum ei benevolentiae conciliauerunt : cum cernerent imperatoriæ maiestati singularem adiunctâ esse

humanitatem. His peractis, dum Romæ ad nuntium tantæ uictoriæ omnibus spectaculorum generibus, sacrificijs, & deorum, immortalium supplicationibus opera datur & rebus Lybiæ cum illis decem legatis, qui ad id à Senatu in Africam missi fuerant, compositis, ac plurimis sacrificijs factis, exemplo L. Aemiliij Pauli Patris ludos fecit: exterarum gentium trans fugas, atque fugitiuos feris bestijs obiecit; omnis deinde generis arma cum Nauibus inutilibus cumulata in ingente aceruum precatus Martem, Mineruā, Lunāq; Matrem, & cæteros Deos, quibus spolia hostium dicare ius, fasque est: ipse face subdita succedit. Deinde circunstantes Tribuni militum idem fecere. Editis ludis nauim concendit, Romanique est deuetus. Vbi splendidissimum omniū, et plurimo insignem auro de Carthaginē, & Asdrubale (ante enim currum ductus est) triumphum duxit: statuis, monumentisq; plurimis refertum quæ ex omni ferè terrarum orbe Carthaginenses tot continuis uictorijs Libyæ intulerant.

A FRICANI MINORIS VITA

In Capitolium cineres Carthaginis intulit,
in ærarium autem quater millies L. XX.
M. Pondo inuexit: hoc argentitota Cartha-
go habuit. in quo tractando adeò abstinen-
tem se præbuit: ut ea euersa non solū ipse
nihilo locupletior sit factus: sed ex præda
etiam neq; seruum, neque libertum sumere
quicquam permiserit, ac ne emere quidem:
cum omnia diriperentur, ac multa uenalia
circumferentur. præclare enim secum ac-
cum existimabat, si extanta uictoria alij di-
uitijs, ipse uero gloria augeretur. Ex eo au-
tem tempore ab Africa oppressa, & Car-
thagine euersa Africanus est uocatus:
quod cognomen ab auo quasi hæreditari-
um habebat. Cum Senatus exercitum con-
sularem in Hispaniam aduersus Viriatum
mittere decreuisset, qui ex pastore uenator ex-
uenator Latro, mox iusti quoq; exercitus dux
factus uniuersam occupauerat Lusitaniam: S.
Sulpitius Galba, et L. Aurelius Cotta Coss.
acriter in Senatu contèdere cœperunt: utes-
corum in Hispaniam contra Viriatum effet
mittendus: ex quo magna inter patres est or-
sa diffensio. Quare omnibus, quæ effet

PER ANTO. BEN. LVCEN. 31

Africanī sententia cupide expectātibus, neu
erum, inquit, sibi mitti placere: quod alter
nihil haberet, alteri esset nibil satis. qua
quidem sententia, ut neuter ad id bellum
mitteretur, obtinuit. Quadriennio post Se
natus Numantini secundi fœderis autho
ruses dedere Numantinis decreuerat. quo
quidem tempore Africanus, quoniam in
Repu. plurimum poterat: Tib. Graccho,
qui eius fœderis in primis author fuerat,
in salute plurimum profuisse legitur. Sed
nihilominus aduersus Africatum quæres
læ iactabantur, quod & C. Mancinū Gon
fulem non seruasset. quod illud fœdus per
hominem sibi & affinitate, & familiaris
estate coniunctum improbari passus esset.
Huiusmodi autem querelæ, quoniam ab
amicis: & studiosis Tib. proficiscebantur,
offensam quandam, & simultatē inter Tib.
& Africatum contraxerant. nihil tamen
maioris momenti earcs habuit. Cum uero
C. Lælio consulatum petenti Africanus
suffrageretur, quæsivit à Q. Pompeio Nes
pote an & ipse consulatum peteret. is cum
id se factus negasset, ac pollicitus esset Lælii

AFRICANI MINORIS VITA

deducturum, & pro illo ambiturum. cre-
didit, ille quidem: sed dum illum expectant,
nuntiatur Pompeius in foro ambire, ac ci-
ues prehensare. quā quidem rem alijs & grē
ferentibus, Africarus ridens, inquit, stul-
ti profectō sumus, qui tanquam non homi-
nes, sed deos simus precaturi, iamdiu tem-
pus terimus Tibicinem expectantes. erat
Pompeius homo nouus, & Tibicinis filius
putabatur. Huic Africarus amico antea
tantum tribuit: ut cum consulatum petere
in animo haberet, & audisset Pompeium
alijs candidatis fauere: ipse à petitione de-
stitut dicens, eum sibi consulatum non tam
gloriæ fuisse futurum, quam molestiæ, ac ue-
lut sine ausspicio, si refragante Pompeio
consequeretur: consulatum cedere maluit,
quām amicum à se alienare. ob eam tamē
causam Lælius ab amicitia Pompei discess-
it. idem & Africarus fecit Lælij nomine.
à Q. etiam Cæcilio Metello est alienatus
propter dissensionem, quæ erat in Repub.
utrunque tamen egit grauiter, autoritate,
& offensione animi non acerba: ut extin-
cta potius, quām oppressa amicitia nideret.

tur. quod faciendum s^æpè dicere solebat, cum aut morum aut studiorum aliqua inter amicos cōmutatio facta esset. iam dies comitiorū instabat, cum censurā petiūt. in qua petitione cōpetitores habuit Ap. Claudiūm, & L. Mūtium. quoꝝ Ap. optimi cuiusq; fauore, Africanus uero studio Plesbis plurimū utebatur. Cum igitur Africanū in forū descendantem hominibus minimè generosis, ac seruilibus stipatū, et maximè turbulentis. qui ambitu, et uociferationibus omnia uiolenter exequabantur, ut Pompeius cōspexit: magna noce o Aemili, inquit, non ne etiam apud inferos, si quis illhic nostrarum rerum sensus est, indignaris: quòd filium tuum Manlius Tonfor, & Licinius declamator, & Philonicus ad censoriam perducunt? Idem cum se iactret, quòd sine nomenclatore ciues omnes nominatim salutasset, Africanum uero neminem ferè nosse diceret. cum uera narrare respondit Africanus, propterçà quòd ipse semper operam dedisset, non ut multos nosceret, sed ut necui esset ignotus. Laudari nomenclatore ex eo, quòd quāplurimos

AFRICANI MINORIS VITA

notos habeat, eosq; nominatim appelleat: at
egregium ducem ex eo maximè, quod ob
sua in Rempu. merita nulli suorum ciuium
sit ignotus. Iubebat prætereà ciues, à qui
bus ad exercitum missi fuerant, uel lega
tos, uel Tribunos militum utriusq; uirtutis
testes, ac indices eos sumere, qui bello illi
interfuerint, quod cum Celtiberis gestum
erat. Censor cum L. Mummiu. est faci
ens: cuius ignauiam, & animi mollitione
bis notauit, semel in censura cum pro ro
stris, inquit, se omnia ex maiestate Reip.
gesturum etiam si ciues dedissent sibi uel
non dedissent collegam. Iterum post censi
suram. cum Claudio A sello Tribuno Ple
bis, à quo ei dies apud populum dicta fxe
rat, quod in censura Africanus ei equum
ademerat: lustru illud infelix (gravis enim
pestilentia consecuta est) in ea oratione,
quam pro se ad Populum de multa ha
buit, obijcens noli, inquit, mirari: is enim,
qui te ex ærarijs exemit (ea enim A sellus
a Mummiu ignominia leuatus fuerat) lu
strum condidit: & taurum immolauit,
illa etiam in eadem oratione in A sellum ab
eo dicta

eo dicta leguntur. Omnia mala , probra,
flagitia , quæ homines faciunt , in duabus
rebus sunt , malitia , atq; nequitia : utrum
defendis malitiam , an nequitiam ? an utrum
que simul ? si nequitiam defendere uis , licet.
Sed tu in uno scorto maiorem pecuniam ab
sumpsisti , quam quanti omne instrumentum
fundi Sabini incensum dedicauisti.
Si hoc ita est , qui spondet mille nummum ?
sed tu plus tertia parte pecuniae paternæ per
didisti , atque absupsisti in flagitijs . Si hoc
ita est , qui spondet mille nummum ? Hoc tē
pore quamvis Africanus esset reus , tamen
neque barbam radi defuisse (ipse enim pri
mus omnium radi quotidie instituit) neq;
non candida uti ueste , neque fuisse solito
reorum cultu memoriæ proditum est . Huius
A selli sermonis uanitatem satis false no
tanit aliquando . cum enim A sellius , ut bor
nus haberetur miles , omnes prouincias Po.
Ro. stipendia merentem se peragrasse glo
riaretur : Africanus ad eius nomen alludens ,
Agas , inquit , A sellum , cursum non docebis
tur . uelut alijs placet . Agaso A sellum .

E

AFRICANIMINORIS VITA

Eundem etiam collegam Mummiū, cum
in dedicatione ædis Herculis epulum splen-
didè, & opiparè apparasset, omnesque ins-
uitasset, præteriit. qua ex re poste à Afric-
anus male audisse legitur. Credebatur
enim id eum propter fastum, ac superbi-
am fecisse. Initia Censura habuit ad poi-
pulum orationem de moribus: in qua illud
præter cætera contrà maiorum instituta fie-
ri ostendit, & maximè reprehendit. ut is
qui esset adoptatus, ei, à quo adoptatus fuis-
set, inter præmia patrum prodeisset. Cū dice-
ret in alia tribu patrem, in alia filiū suffra-
gium ferre: eum, qui adoptatus esset, tam
procedere, quam si Senatum habeat: Absen-
tis censeri iuberes, ut ad ~~enī~~ censum nemini
necessē sit uenire. Cum lustrum condes-
ret, inque solito sacrificio Scriba ex publicis
tabulis solenni eius precationis carmine præ-
iret: quo dū immortales, ut Po. Ro. res me-
liores, amplioresque facerent, rogabantur: sa-
tis bonas, inquit, & amplas esse. Itaque
se precari, ut eas perpetuò incolumes seruat-
rent. Intelligebat enim vir prudens proprie-

gationem Romani imperij finium tum fuisse expetendam, cum de ijs, qui intra decimum lapidem erant, populis agebantur triumphi. Subiecta uero maiore sibi totius orbis parte, ut nimis audi esse existimabat latius eos propagatos uelle, sic non mediorum felicitatis, si conseruarentur; à qua uotorum uerecundia cæteri deinceps Censores, in condendis lustris non discesserunt. Cum ab adolescentulo quodam, cui equum ademerat, quod in Carthaginis obsidione splendide cœnatus Libum in urbis similitudinem factum, cui Carthagini nomen indiderat, conuiuis diripiendum proposuerat, cuius nam rei causa id faceret, interrogaretur: respondit, quoniam se prior Carthaginem diripuisset. Pretereat in censu equitum cum C. Licinius Sacerdos prodijisset: clara uoce, ut omnis concio audire posset, dixit, se scire illum conceptis uerbis perrasse: si quis contraria dicere uellet, usurum est se eum testimonio suo. Deinde, cum contraria nemo diceret: iussit equum traducere, ac in luscro apponere censoriam notam: ne in illius

E ij

AFRICANI MINORIS VITA

persona, & accusatoris, & testis, Censoris, & iudicis partes egisse uideretur. Post censuram præclarè gestam Senatus in Aegyptum, Syriam, Asiam legatos de more mittere decreuit: qui sociorum res inspicerent: Populorum, ac Regum ipsorum mores obseruarent. diliguntur ad id Sp. Mummius, L. Metellus, & P. Africanus: qui eius peregrinationis unum omnino comitem Panætium sibi asciuit, & seruos quinq;. Dum igitur legati per socios & exteris gentes iter faciebant: non mancipia Africani numerosabantur, sed præclara, quæ in bello ediderat facinora: nec quantum auri secum, & argenti, sed quantum amplitudinis pondus ferret, estimabatur. postea uero quam Alexandria peruenere, naniq; egressi sunt: Africatum capite penula tecto procedentem Alexandrini undique concurrentes rogitabant: ut & caput detegeret, & sibi exoptantibus faciem exhiberet. quod quidem cum facile impetrassent: illum clamore, ac plausu prosecuti sunt. Sectabatur interim Legatos omnia uisentes Ptolomæus Alexadriæ Rex.

qui cum propter nimiam corporis obesitatem Romanos incedentes equare non possent: Africanus uoce sumissa Panætio in aurem dixit: iam Alexandrini ex nostra peregrinatione uoluptatis aliquid, fructus, que perceperunt. nostra enim causa factum est, ut Regem suum ambulantem uiderint. Vnus in ea peregrinatione ex suis seruis excessit è uita. ipse, quoniam alterum emere nolebat, Roma sibi mittendum per literas curauit, qui in mortui locum succederet. Hac obita legatione nobili Romam rediit. quo quidem tempore, cum Senatus, Populusq; Romanus publica exerceret iudicia, cumq; maior populi pars id est decem, & octo tribus (erant enim quinque, & triginta) Reum ueldam narent, uel absoluuerent, id quod uoce tantum fieri consueuisse legitur: multi in plurimorum odium, & offensionem incurebant, quorum uel propinqui uel amici damnarentur: uel absoluuerentur inimici. L. Cassius Longinus Tribunus Plebis homo non liberalitate, sed ipsa tristis

E iiij

AFRICANI MINORIS VITA

tia, & seueritate Popularis M. Aemilio Lepido, & C. Hostilio Mancino Coss. legem tabellariam tulit: ut omnia publica iudicia, excepto crimine perduellionis, & immunitae maiestatis, per tabellam ferrentur, cui quidem legi M. Antius Briso Tribunus Plebis diu restitit, M. Lepido Cos. adiuuante. Eaque res Africano uituperationi fuit. quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Iam decem & quatuor erant anni, cum Numantini (est Numantia Hispaniae ciuitas in Vracis hodie Soria dicitur) quod socios, & consanguineos suos Sedigenses illos Po. Ro. hostes in Urbem, teatique sua receperissent: quod illos quantum potuerint, rebus omnibus iuissent: armis deniq; Magara fortissimo duce amissi, tutati fuissent: bellum à Po. Ro. indictū fuerat. Quod quidem bellum, cum haberent Urbem acclivi sitam tumulo non muris, non turribus munitam: tantam tamen per tot annos animi præsentia, & virtute sustinuere: ut usque ad eum diem

illud confici non potuisset summa cum Po.
Ro. ignominia, ac dedecore. Nam præter
cæteros Romanos duces ab illis paruis admo-
dum copijs fusos, fugatosq; primum Q.
Pompeium Post eum C. Mancinum eò de-
ductos, ut facile deleri potuissent: ad fœ-
dus secum, quibus uoluerunt, conditio-
nibus faciendum compellere maluerunt.

Quæ duo turpia fœdera cum Senatus Po-
pulusq; Romanus comprobare, ac rata es-
se noluisset, ut quæ non ex authoritate, fœ-
dusu suo icta essent: Mancinum sibi ob eam
rem deditum accipere noluerunt. Quare
censentibus cunctis, tam turpem eo bello du-
cum uitio, & militum corruptorum suscep-
tam maculam esse delendam: Africano, qui
in Quæstorijs comitijs suffragator Q. Fabij
Maximi fratris filij in cāpum descenderat, ul-
trò à Senatu Populoq; Romano cōsulatus de-
latus est, prouinciaq; extra sortē data anno
ætatis eius quinquagesimo primo, tertio autē
decimo à priore consulatu. Quo quidē tēpore
cū multi maximè desiderarēt, cū eo ad id bel-
lū p̄ficiisci, ac certatim nomina darēt: id tan-
tum abest, ut senatus fieri passus sit: ut pro-

E iiiij

AFRICANI MINORIS VITA

hibuerit etiam ex ærario sumi pecuniam ad bellum necessariam: & uectigales prouentus, quorum non dum tempus aderat, ei assignari uoluerit. Ipse uero de pecunia negata nullum uerbum fecit; quod suam, & amicorum suorum satis futuram diceret. De militibus autem impeditis non nihil conquestus est: quod bellum esset difficillimum, quod ex eo colligi posse dicebat. quod & sibi pugnandum esset cū huiusmodi hostibus, qui solis quatuor millibus hominū ad quadraginta romanorum millia profligassent: et quod in eo bello cōtra huiusmodi hostes eorum militum opera esset adhibenda, qui propter nimiam licentiam, atq; luxuriam ignauissimi essent facti. tamen se nolle discedere ab eo, quod senatus censuisset, affirmauit. Vbi in castra uenit nihil sibi potius faciendum existimauit, quam ut corruptos milites ad germanam militiæ disciplinam reuocaret. Itaq; primum omnium omnibus deliciarum instrumentis armatis, duo scortorum millia, uates omnes, ariolos, lixas, Lenones è castris eiecit. Deinde uasa omnia præter ollam, & fictile poculum efferriri iussit, ex argenteis uero, pocul

lo libris non maiore duobus uti uolentibus
permisit in balneis lauari prohibuit , atq;
unumquemque eorum , qui se ungerent , ip/
sum se fricare iussit . Nam iumenta manus
non habentia , à quo fricentur indigere dice
bat . Tandem , ut stantes incoctum opsoni/
um pranderent edixit : discumbentes uero
panem , uel pullem , & carnem tostam , aut
elixam cœnarent . Ad hæc triginta dierum
frumentum ad septenos uallos ferre coges
bat & grè propter onus incedenti dicebat :
cum gladio rectè uallare scies , uallum ferre
desinito . Sublato autem uallo cum quidam
se premi diceret : merito , inquit , huic enim
ligno magis , quam gladio fidis . ipse autam
nigro circundatus sago circumibat , lugere se
turpitudinem exercitus , diſſitans . Cum Me
mij cuiusdam Tribuni militum iumenta pel
ues ad refrigerandum ex lapide factas , & pa
tinas Thericlias portantia deprehendisset :
mibi quidem , inquit , fū patriæ dies trigin/
ta , tibi uero per totam uitam , cum talis sis ,
te ipsum inutilem reddidisti . Alius autem
cum scutum pulcherrimè ornatum ostenta/
ret , scutum quidem ò adolescens , inquit ,

AFRICANI MINORIS VITA

pulchrum : sed Romanum uirum magis
in dextra , quam in sinistra decet spem ha-
bere. Cuidam nimurum parum apte scu-
tum gestanti , eum scutum amplius iusto
ferre iussit : neque id se reprehendere di-
xit , quoniam melius scuto , quam gla-
dio uteatur . Si quem militem extra or-
dinem deprehendisset , si Romanus esset , ui-
tibus ; si externus , uirgis cæcidit. Iumenta
quidem omnia , ne exonerarent militem , uen-
denda curauit . Reuocatis tandem sine
acerbitate , & exercitatione magis , quam
pœna militibus ad germanam militiæ disci-
plinā , acie configere cum hostibus statuit.
Itaq; suos in aciem eduxit . Neque Numani
tini detrectauerunt pugnam ; qua commis-
sa Romani hostium ui , atq; impetu oppres-
si , terga uertere cœperunt . Id Africanus
cum animaduertisset , uociferare , quo fu-
gerent ? quam ue in fuga spem haberent ?
obstere , cedentibus , ac reuocare penè
fusos , minisq; terrere . quibus permoti mi-
lites tanta uirtute in hostes rediere , ut quos
antea fugiebant , Paulò post fuga in ur-
bem se recipere , coegerint . Qua uictor

ria et si Africanus letatus est, tamen non esse amplius cum ijs prælio decertandum confirmavit. Quare urbe operibus, munitionibus que septa, eos obsidione premere cœpit sæpe dicens securitatem se (nam hostium desperationem cernebat) tempore emere uelle bonum enim Imperatorem, ut medicum ulti^mma uti per ferrum curatione. Atq; addebat, se ex patre suo L. Aemilio Paulo sæpè aus^disse, optimo imperatori non esse signis collat^sis decertandum, nisi summa necessitudo, aut summa occasio data esset. Numantinos tamen per occasionem inuadens sæpè in furgam uertit. Hoc tempore magnificentissima munera ei ab Antiocho Syriæ Rege sunt missa. quæ, cum cœlare Regum munera alijs Imperatores consueissent, ipse pro tribunali accepit: & ea Quæstorem in publicas tabulas referre iussit: atq; uiris fortibus ex ijs munera se daturum pollicitus est. Cum stomacharetur cum C. Cæcilio Metello Caprario, dixisse fertur, si quintum pareret mater eius, Asinum fuisse parituram. Erat enim ex quatuor Q. Metelli Macedonici filijs natu minimus,

AFRICANI MINORIS VITA

¶ à moribus Caprarius dictus. Cum post
cœnam de Imperatoribus sermo haberetur,
¶ quidam ex insignioribus, qui aderant, si-
ue ioco, siue serio Africanum interrogaret:
quem post se ducem Po. Ro. habiturum ar-
bitraretur? Africanus leuiter percusso. C.
Marij humero, hūc inquit, fortasse habebit.
tam facile ille ex indole, aut aliquo specimi-
ne uirtutis futura præuidere poterat. Ea quo
que tempestate Ti. Cracchus Africani pro-
pinquis propter turbulentissimum tribuna-
tum (agrarias enim leges ferebat) ad quem
ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus
accesserat, ab ipsa Rep. duce P. Cornelio Sci-
pione Nasica cognomento Serapione eius
consobrino Romæ interfectus est cuius au-
dita cœde, illud Homericarmen palam Afri-
canus pronuntiavit.

Ἄστροι τόποι καὶ αἰλούροις τοιαῦτά γε πέρι

At simili intereant, audent qui talia, fato.

Qua quidem reparum absuit, quin benevo-
lentia omni, & gratia Po. Ro. spoliaretur,
qua usq; ad eum diem plurimum apud il-

lum ualuerat. Quosdam è Numantinis,
qui aliquando pabulatum exierant: à suis
interfici uetuit: quòd citius eos frumentum,
quod haberent absumpturos, diceret, si plu/
res essent. Et iam ad extremam omnium
rerum inopiam deuenerant, & multi fame
conficiebantur: cum, nulla neque dedendi
se, neque pugnandi facultate data patentis/
bus portis tanto cum tumultu eruptionem in
Romanos fecerunt: ut nulla satis statio oppo/
fit a effet. quia nihil minus, quam ut mæni/
bus egredi auderent, fossa, lorica, & qua/
tuor castris circundati, timeri poterat: & cæ
ci furore in uulnera uecordi audacia rues/
bant. Acriter diuq; utrinque certatum est,
ac parū abfuit, quin iterum Romani terga
uerterent: quod profecto factum esset, nisi
Africanum Imperatorem habuissent. Nu/
mantini autem cum ex suis fortissimus quis/
que in ea pugna cecidisset: in Vrbem, nihil
propter paucorem, festinationem ue confusis
ordinibus se se recepere. quos cum seniores
uituperarent, quòd quostoties fugassent, eis
tunc fugissent: quendam ex iunioribus dixi/
se ferunt. Pecora quidem etiam num eadem

AFRICANI MINORIS VITA

Sunt, sed alius pastor. Numantini suorum corpora ad sepulturam oblata accipere noluerūt, sed clausis portis, locū in forum destinauerunt, quō res omnes suas congeferunt. quibus succensis, nequid relinquetur in quod sēuire iratus hostis posset, facinus in se fœdum, ac ferū cōsciuerunt. pluri mi enim se se per uices interfecerunt, aliū neno, quidam igne absumpti sunt. Romani Vrbe potiti, ac ne uno quidem capto, securitatem sibi tantūmodo præstiterunt: atq; etiā se magis à Numātinis euasisse, quām eos superasse, sēpè dixerunt. Tunc Africanus Tyr̄esium quendam Celticum Principem consuluit, qua de causa Numantia aut prius in uicta, aut post capta fuit. Respondisse fertur. Cōcordia uictoriā, discordia exitiū præbuit. Deleta igitur Numantia intra annum, & tres menses, quām eō uenerat, multisq; Hispaniæ ciuitatibus partim uicaptis, partim in deditiōnem acceptis, auxilia quibus in eo bello usus fuerat, dimittere decreuit. In quibus quidē auxilijs præter cæteros uiros fortes, erat Iugurta Manāstabalis filius ex cōcubina; qui Numidaꝝ præfectus missus fuerat ad

Numantiam à Micypsa Massinissæ filio, qui
tunc Manastabale, & Culussa fratribus
morbo absumptis, regnum Numidiæ obti-
nebat. Per hunc Africanus, quoniam impi-
grò atq; acri ingenio erat, ac sanè quod diffi-
cillimum in primis, est bello strenuus, ac bo-
nus consilio; omnia ferè in eo bello asperio-
ra egit. iccirco enim in amicis habebat.

Quare donatum, atq; laudatum magnificè
pro concione in prætorium adduxit. ibi eū
secretò monuit: ut potius publicè, quā priua-
tim amicitiā populi Romani coleret: ac largi-
tionibus parcere insueceret. quòd non satis
tutò à paucis emeretur, quod multorū esset.
Si à suis artibus non discederet, paruo labo-
re, ac breui sibi gloriam, & regnum com-
paraturum. Sin properare uellet, &
pecuniam, & ipsum præcipitem casu-
rum. Hæc locutus cum literis eum, quas
Micipse redderet, dimisit. Quarum
literarum sententia hæc erat. Iugur-
tæ tui bello Numantino longè maxima
uirtus fuit. quam rem, certò scio tibi gau-
dio esse. Nobis ob merita tua carus
est: ut idem Senatui populoq; Romano sit,

AFRICANI MINORIS VITA

summa ope nitemur. tibi quidem pro nostra
amicitia gratulor. en habes uirum te di-
gnum, atq; auo suo Masinissa. Cæteris quoq;
laudatis, & donatis procuius q; merito, ac di-
missis Româ cum suis copijs rediit: & de Nu-
mantinis triumphauit anno quarto decimo
post Africanum triumphum; quo exercitus
laureati, more triumphantium, clamore, &
lætitia, populiq; plausu exceptus per urbem
in Capitolium inuenitus est, ut de more Ios-
ui, Optimo, maximo gratiæ agerentur. Et
quemadmodum ab Africa deuicta Africai-
nius, sic à Numantia euersa Numantinus
est dictus. in eo etiā triūpho dedit suis militi-
bus. XVII. pondo ex ijs muneribus, quæ ab
Antiocho missa ad Numatiā acceperat. Dū
Urbium duarum Imperij Romaniterrorum
excid o insignis Romæ commorabatur, ac
cusauit. L. Cottam apud Populum. Sed
accusatoris eximia dignitas plurimum in ea
causa reo profuit. Nam & si grauissimis
criminibus penè conuictus fuerat, fū septies
ampliatus: octauo tamen iudicio absolutus
est. Verebantur enim sapientissimi homi-
nes, qui tum rem illam iudicabant, ne si Cot-
ta co

ta eo caderet in iudicio, nimis aduersarij viribus abiectus esse uideretur. in quo summa erat eloquentia, summa fides, summa integritas authoritas tanta, quanta in ipso Imperio Populi Romani, quod illius opera tenebatur Ap. Claudio Lentulo, & M. Persenna Nepote Coss. C. Papyrius Carbo Tribunus Plebis homo maximè seditiosus, & popularis legem tulit: ut Populus per tantam leges iuberet, atque uaret: & ut eundem Tribunum Plebis, quoties quidem uellet, creari liceret. Hanc legem Africanus tanta gravitate, tantaq; orationis maiestate dissuasit, ut lex popularis suffragijs Populi repudiata esset. in qua etiam oratione, cum seditione interrogaretur à Carbone, quid de T. Gracchi morte, cuius sororē uxorē duxerat, sentiret: Cartribatur enim Carbo eū propter affinitatē aliquid dicturū, quo interficti misericordiam cōmoueret) respondit, illum, si occupandæ Reip. animum haberet, sibi iurē cæsum uideri. qua sententia cum concio tribunitio furore incensa, id quod nunquam anteā fecerat, suclamasset: me castigorum, inquit, uociferatio nunquam per-

AFRICANIMINORIS VITA

turbauit , nedum hominum conflictatio: quibus non matrem Italiam scio esse , sed nouercam , quos etiam sub corona uendidi. Cum autem ij , qui circa Carbonem erant, ferocius clamarent , Tyrannum esse interficiendum : meritò Patriæ , inquit , oppugnato res me ante uolunt interficere . neque enim uiuo Africano Romam cadere posse putant: neque , si Roma ceciderit , uicturum Africani um. Anno in sequenti C. Sempronio Tuditano , et M. Aquilio Coss. seditiones à Triumuiris Fulvio Flacco , C. Graccho , C. Carbone de agro diuidendo excitatæ fuerunt. Nam quadriennio antè à T. Graccho Lata fuit Lex , ne quis ex Publico agro plus quam decem iugera possideret . promulgauit s̄t̄ ali am Legem agrariam , qua si quis latius agrū patefaceret : ut idem Triumuiri iudicarent , qua publicus ager , qua priuatus esset . deinde cum minus agri esset , quam d uidi posset , sine offensa etiam Plebis legem se promulgaturum ostendit propter hanc causam : ut ij , qui sua lege agrum accipere deberent , pecunia , quæ Regis Attali fuisset , diuideretur. Hæredem enim Attalus Rex Pergami Eum

nis filius Populum Romanum reliquerat.
Cum igitur Triumviri secundum Gracchile
ges agros diuidere conarentur : magnus ex
tota Italia Romanam cōcursus eorum, qui hu-
iusmodi possiderent agros est factus. qui ad
patrocinium Africani omnes configere oran-
tes, ut quorum opera fortis, atq; utili in bello
usus fuisset, eos tunc iniuria oppressos non de-
sereret. Africanus uero, qui æquitate, indu-
stria, temperantia defensione miserorum ex-
cellebat, eorum suscepta causa in Senatum se-
contulit. Vbi de Gracchilege ita egit, ut illā
quidem minimè repudiare uideretur, Sed
eius difficultatem tantummodo ostendit.
Atq; iustum sibi uideri dixit, non à diui-
foribus ipsis causas, ut qui essent suspec-
ti, sed ab alijs potius esse cognoscendas.
conquestus etiam est de periculo, quod
sibi pro patria laboranti ab ingratis ciui-
bus impendere, cognosceret. His dic-
tis Fulvius Flaccus surrexit, & prop/
ter priuatas inimicitias uehementer in-
eum est inuectus. Hinc odio origo in/
ter ipsum, & Plebeios emanasse creditur.
Verum ij, qui Africano aduersabantur naēti

F ij

AFRICANI MINORIS VITA

materiam eum criminabantur : quod Gracchi leges dissoluere, & totam ciuitatem ad arma, & cedes concitare conaretur. Dismisso tandem Senatu, domum ad uesperam reductus est à Patribus conscriptis à Po. Ro. socijs, & Latinis, & apud se tabellam depo suit, in qua ea nocte , quæ Populo sequenti die effent referenda, scribere pollicitus fuerat . Sed mane in cubiculo sine uulnere mortus est inuentus, ita tamen, ut quædam elisarum faucium in ceruice reperirentur notæ , atq; nonnulla uis illatæ signa . Quo de genere mortis tanti uiri alij alia memoriæ prodidere. Cicero duobus in locis Carbonem eius conscientiuim fuisse scriptum reliquit , in Somnio in Propinquos Africani eam confert. Velleius Paterculus scribit plus res fatalem eam , nonnullos insidijs conflam literis mandauisse. Florus , is , qui Livianas Epitomas confecit : suspectam fuisse Semproniam eius Vxorem , ex eo maximè , quod Gracchorum esset soror : quibuscum simultas Africano fuerat . Appianus autem primum Corneliæ Gracchorum matris insidijs oppressum dicit , nō sine consensu Sem/

proniæ filiæ, quæ ob deformitatem, & stultitiam neque illum diligebat, neq; ab illo diligebatur. Deinde addit, nonnullis uisum, sponte sibi mortem consciuisse: quod ea quæ pollicitus fuerat, præstare non posse diffideret. tum fuisse qui dicerent, seruos eius in questionem uocatos dixisse ab exteris quibusdam noctu post ædes latitantibus necatum. Plutarchus in Romuli uita nullum certum, ac satis probabile indicium allatum fuisse, affirmat. in uita uero Gracchorum C. Gracchum, & Fulvium Flaccum Africani (ut diximus inimicum, & eo ipso nimirum die in illum in Senatu acerbè, & contumeliosè inuenctum, huiusmodi se se obstrinxisse scelerre. Sed utcunque res fuit, & si nullus tum in ea urbe fuit, qui ob tam crudele facinus non gemuerit, non arserit dolore: tamen de tanti uiri morte nulla questio lata est. Nam Plebs, quæ maximè sollicita erat de salute C. Gracchi uerita, ne C. Gracchus tanti sceleris Princeps inueniretur iudicium dissoluit. Hoc cū audisset Q. Cæcilius Metellus Macedonicus, qui grauissime ab Africano (ut supra diximus) dis-

F iij

AFRICANI MINORIS VITA

senserat, & cum eo inimicitias ab emulacione uirtutis ortas gerebat in publicum se contulit. ibi mæsto uultu, ac uoce confusa concurrite, inquit, concurrite ciues: mænia nostræ urbis sunt euersa. Scipioni enim Africano domi suæ quiescenti nocturna uis est illata. Deinde conuersus ad filios Q. L. M. & C. Cecilios Metellos omnes consulares ite filij, inquit, celebrete exequias, nunquam ciuis maioris funus uidebitis. & simul dijs pro salute urbis Romæ gratiam se habere dixit, quoniam Africanus apud alios non erat natus. Corpus autem eius uelato capite elatum est, & publica sepultura indignum iudicatum. Quem cū in funere de more (propinqui enim suos, qui extremum uitæ diem morte con fecissent, publicè laudare consueuerant) Q. Maximus laudaret, gratias & ipse egit dijs immortalibus: quod ille uir in ea Rep. potissimum esset natus. neceesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. idem cum Africani nomine epulum Pulo Romano daret, rogauit Q. Tubero nem Africani sororis filii, ut ē ipse triclini

nium sternet. Atque ille homo eruditissimus, ac stoicus stravit pelliculis hædis nis lectulos punicanos, & exposuit uasa Samia: quasi uero esset Diogenes Gynnicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors esset honestanda. grauiter tulit Populus Romanus hanc peruersam sapientiam Tuberonis. Quare homo integerrimus, ciuis optimus, cum esset L. Pauli Nepos, P. Africani (ut dixi) sororis filius, his hædinis pelliculis prætura deiectus est. Hic est ille Tubero, qui, cum disceptaretur de augurum uacatione à iudicij, in Triumvraatu iudicauit contra Africani testimoniū: uacationem Augures, quominus iudicij operam darent, non habere. Idem cum infantissimus esset, à C. Lælio uiro eloquentissimo scriptam orationem funebrem accepit, qua in concione Africatum laudauit. Hoc igitur modo C. Sempronio Tuditano, & M. Aquilio Consulibus, quo anno sol geminus apparuit, P. Cornelius Scipio Aemilianus Africenus Minor sol alter, extinctus est, cum ageret sextum, & quinquagesimum annum. Qui nihil in uita, nisi summa laude dis-

AFRICANI MINORIS VITA

gnum fecit , aut dixit . quamquam Po.
Ro . cum nihil aliud haberet , quod re/
prehendere posset , ei obijcere consueuit , quod
languori , atque sopori deditus esset . Verum
enim uero cum patre Paulum , aiumq; Afri/
canum , sibi imitandos proposuisset , paternos
superauit honores , auitos & quauit , utrique
uerò abstinentia , continentia , cæterisq; ani/
mi ornamentis par . Quo nullum ea ciui/
tas gloria clariorem , nullum authorita/
te grauiorē , nullum humanitate politiore
unquam tulit : neque , qui eam ampliorem ,
illustriorem , clarioremq; reddidisset . Qui
hæreditanquam magnas opes , tres , & tri/
ginta argenti libras , & auri duas reliquit .
Cuius morum facilitas , & non uitæ solum ,
atq; naturæ , sed orationis etiā comitas tata
fuit : ut beati uiderentur ij , qui illius consuetu/
dine frui possent . Qui summa est usus in matre
Papyriā , & maximè post patris diuortiū pie/
tate : summa in sorores liberalitate , quas cū ui/
ris tenui admodū patrimonio nuptas uideret
suis , ipse quantum potuit , opibus semper iu/
nit . nec minorē Q . Maximo fratri osten/
dit . Nam cum Aemilius Pater ambos hæ/
redes instituisset , ipse integrum hæreditatem

fratri reliquit. In suos autē tum propinquos,
tum amicos summa fuit bonitate. nam &
Q. Fabij (ut dixi) fratribus filij in Quæstorijs
comitijs suffragator in campum descendit:
P. autem Rutilium consulem effecit: C. Læ
lio in consulatus petitione nulla re defuit.

Quo cum etiam om̄is paulisper studijs co
gnescendi semper aliquid, & discendi, in
quibus remoti ab oculis Populi omne ocium,
tempusq; conterebant: rus ex urbe tanquam
ex uinculis euolabant, adeò incredibiliter
repuerascere solebant: ut conchas, & um
bilicos ad Caietam, & Lucrinum legere, &
ad omnem animi remissionem, ludumq; de
scendere consueuerint. quod quidem fac
titare consueuisse Africanus fertur: ut
& inuidie, quæ illustres viros sequitur,
aliquid detraheretur: & respirandi ijs lo
cus daretur, qui splendore uirtutis eius, &
gloria rerum gestarum opprimi uideban
tur. Atque cum nonnulli, qui Africai
ni gloriæ inuidebant, eiusque obtrecta
bant laudibus: auctorem illum quidem es
se iactarent, poetam uero Lælium esse di
cerent: Lælius ex huiusmodi uocibus nihil
sublatus nunquam uirtutibus, atque glo

AFRICANI MINORIS VITA

riæ Africani non studuit. Idem ferè in dicendi facultate eueniebat. Nam et*s* ingenij, literarum, eloquentiæ, sapientiæ de nique utriusque primas, priores tamen libenter homines, quorum mos e*s*t, ut nolint eundē pluribus rebus excellere, deferebant Lælio. Nec id solū cæterorū iudicio uidebatur, sed ipsorum etiā interipso concessu tributū fuisse. Nunquam alter alterum uel minima re offendit: nunquā quicquam alter ex altero audiuit, quod nolle. Amicitiaq; uero colēdarum adeò studiosus fuit: ut non solū è foro domum ante se conferre non consueuerit, quām aliquem ex ijs qui quoquomodo occurrisse: sibi, ut Polybius p^{re}cceperebat, familiare amicumq; faceret: sed omnis etiam eius sermo erat de amicitia. Nā præter cætera, ne gabat ullam uocem inimiciorem amicitiæ potuisse reperiri, quām Biantis aut Chilonis (Gellius enim Chiloni adscribit) qui dixiſet, ita amare oportere, ut aliquando sis os̄rus. Quinetiam querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent: ut capras, ut oves quot quisq; haberet, dicere posset: amicos autem, quot haberet non posset: & in illis quidem parandis curam adhi-

bere , in amicis diligendis negligentes es' se : nec habere signa quædam , & notas , qui bus eos , qui ad amicitiam essent idonei iudicarent . cum amicis ita humanè se gerebat , ita se submittebat (Sciebat enim maximum in amicitia superiorem parem esse , inferiori) ut quamvis eos præstantia uirtutis , ingenij , fortunæ superaret : tamen nunquam se Phælo , nunquam Rutilio , nunquam (ut supra diximus) Lælio , nunquam inferioris ordinis amicis anteposuit . Q. uero Maximum fratre egregium virum omnino sibi nequaquam parem , quod is anteibat ætate : tanquam superiorē colebat . De animorum immortalitate optimè sentiebat . dicebat enim animos hominum esse diuinos , ijsq; , cū è corpore excessissent : redditum ad cœlum patere optimoq; , et iustissimo cuique expeditissimum . Atque cum optimè sciret in rebus prosperis , & ad uoluntatem nostram fluentibus superbiam , fastidium , arrogantiamq; maximè fugiendam : dicere solebat , ut equos propter crebras contitiones prælior ferocitate exultates , & domitoribus tradere soleant , ut ijs facilior

A FRICANI MINORIS VITA

ribus possent uti: sic homines secundis rebus
effrenatos , sibiique præsidentes tanquam in
gyrum rationis, & doctrinæ duci oportere:
ut prospicerent rerum humanarū imbecilli-
tatem, uarietatemque fortunæ. Seuerè alio
quando Nævium quendam immutatione
tantum literæ arguit, quid, inquit, hoc Næ
vio ignavius? Satis etiam acutè, & falsè am
biguo dicto usus est in Decium quendam,
qui uerbis multis, & acerbis cuidam illuse/
rat Nuculæ . Quid Decius Nuculam, an
confixum uis facere inquit? Inter pleraque
alia, quæ P. Sulpitio Gallo homini delicato
objiebat, id quoque probro dedit: quod tu
nicis uteretur manus totas operientibus. dice
bat enim, qui quotidie unguentatus aduer-
sum speculum ornaretur, cuius supercilia ra-
derentur: qui barba uulsa, feminibusq; sub/
uulsis ambularet: qui in coniuujs adolescen-
tulus cum amatore cum Chiridota tunica
inferior accumberet: qui non modo uinosus,
sed uirosus quoque esset, is, dubium non esse,
quin idem faceret, quod Cinædi facere solent.
In ironia dissimulantiaque lepore , & hu-

manitate ita præstitit: ut Fannius in anna-
libus suis eñ Græco uerbo Εἰρωνεῖς ap/
pellaret. Huius quidem Fannij Tribuna/
tus arbitrio, & authoritate Africani gestus
non obscurus fuit. Et ut aliquando uela con/
traham: fuit optimus Orator, Imperator op/
timus, optimus ciuīs.

FINIS VITÆ SCIPIONIS.

LOCI CONTROVERSI.

HAbes Nicolae humanissime uitā Afri-
cani Minoris. Reliquum est, ut et ti/
bi cumulate satisfaciam, & me& diligen/
ti& consulam: ut nonnullos adscribam lo/
cos ab eo longè diuersos, quod in uita se/
catus sum. Quorum quidem locorum par/
tim nobis omnino sunt refellendi, quod ab
histori& fide longè absint: partim corri-
gen-
di, ut qui Lbrariorum incuria, uel igno/
rantia corrupti sint: alijs conciliandi.

Quia in re æquum te mihi præbeas uehe/
menter rogo: ut tibi nullo modo persuade/
as, me aut ostentandi ingenij causa, quod

L O C I

quam tenuè sit intelligo: aut quod natura
aliena carpere delecter, uelle nonnullatum
excellentissimorum ueterum, tum nostræ, &
superioris ætatis Scriptorum errata detege-
re, sed ueritatis inquirendæ gratia. Ad
quam exquirendam, & inuestigandam op-
timus quisque natura rapitur. Neque mi-
rum debet uideri, bonos authores aliquan-
do, præsertim in longo opere lapsos: cum Ci-
ceroni ip[s]i quandoque uideatur ipse dormi-
tare Homerus, & Demosthenes. Neque
enim semper boni scriptores animum ha-
bent intentum: sed labuntur aliquando: ce-
dūt oneri: indulgēt s[ecundu]m ingenio. Sed ad rē.

Locus Primus

Plutarchus in uita L. Aemiliij Pauli, ubi
de filijs eius loquitur sic scriptū reliquit.
τὸν γιὲν πρεσβύτερον, ἀπὸ μα-
ξίμου Φαβίου τῷ τεντάκις ὑ-
πατέρων σαντος: τὸν δὲ νεώτερον
ον Ἀφρικάνου Σκυπίωνος ϕοστήνε
ψιὸν ὄντα, οἴκειος σκυπίωνα
προσηγόρευσεν.

id est. Maior quidem natu à Fabio Maximo
quinquies Coss. minor autem à Scipionis
Africani filio, cui sanguine coniunctus erat,
adoptatus Scipio est appellatus. Hic nescio
qua ratione fieri possit, ut maior Aemiliū fili
us à Q. Fabio Maximo cunctatore potue
rit adoptari. Nam Plutarchus ipse in Fabij
uita scribit, Fabium è uita demigrasse ante,
quam Africanus Maior in Africa cum An
nibale prælio decertauisset: quod fuit (ut Li
uio placet) anno Urbis conditæ. 552. uel
(ut Plinio) 553. quo tempore uix fieri po
test, ut Aemiliū filius natus esset. Nam si nu
meres ab 552. urbis anno usque ad 586.
quo anno Aemilius iterum consul fuit, & fi
lius eius erat admodum adolescentis, ut ait Li
uius lib. q. 5. Et Plutarchus in uita Pauli: re
peries 34. annos cum adolescentia non pro
uehatur ultra trigesimum annum, authore
Varone. ni magis placet sequi diuisionē æta
tis Seruij Tulli Regis: qua à decimo septimo
anno usq; ad quadragesimū sextū prouochi po
test. Quare dicendū est, à Q. Fabij cuncta
toris filio, illo, qui apud Liuiū in patris Lo
cum inaugurus fuit: adoptatum fuisse.

L O C V S . I I .

S Atis negligenter ne dicam impudenter
in codem Plutarchiloco labitur Leonar-
dus Aretinus, qui eam uitam è Græco in La-
tinum conuertit. Vbi enim Plutarchus di-
cit, minorem Aemiliū filium à Scipionis Afri-
cani Maioris filio adoptatum, ipse reddidit,
ab Africano Maiore. Eius uerba sunt hæc.
Quorum maior à Q. Fabio quinquies con-
sule, Minor à Scipiōe Africano Maiore adop-
tatus Scipio est appellatus. in eodem uer-
satur errore Cornelius Nepos, uel Plinius, uel
quicunque ille fuit, in Libello de Viris illus-
tribus in scripto. Sed sexcenta ego probatissimorum scriptorum possem afferre exem-
pla. quibus comprobarem, non ab Africano
Maiore, sed ab eius filio ualestinario adop-
tatum fuisse. Sed uerba Plutarchi satis sint.
qui à filio Africani adoptatum fuisse dicit.
Nō sine suspicioe etiā ignoratiæ prætermis-
sit Leonardus Græcum uerbū οὐεψιον
quod fortasse ignorabat Scipionem Africal-
num Maiorem uxorem duxisse sororem L.
Aemiliū Pauli huius nostri Africani Minoris
Patris,

Patris. iccirco Plutarchus dix t οὐεψιοῦ
id est, consobrinum. nos uero sanguine con/
iunctum uertimus.

LOCVS. III

Nec ab eadem impudentia discessit Ale/
xander Bracius Florentinus, qui Appia/
num Alexandrinum è Latina in uernaculā
Linguam uertit. Nam in primo libro Bello/
rum ciuilium, ubi agitur de morte Africani
Minoris, illa duo inseruit uerba (sua Sorella)
Latini codicis hæc sunt uerba. Siue Cor/
neliæ Gracchorum matris insidiis impetus
sit, ne Ti. Gracchi lex dissolueretur, Ipse op/
timus uertendi magister sic inquit. Dique,
sta sua improvisa morte furon fatti molti cō/
menti, alcuni giudicarono morisse per insidie
di Cornelia sua sorella madre de due Grac/
chi. Cum Cornelia fuerit Africani Maioris
filia, soror uero eius, qui hunc Minorem ad/
optauit.

LOCVS. IIII.

Liuius libro 45. de triumpho, et duobus
filijs L. Aemiliij Pauli loquens hæc nar/
G

L O C I

rat. Nam duobus è filijs, quos, duobus datis in adoptionem, solos nominis sacrorum, familiæq; hæredes retinuerat domi, minor feme duodecim annos natus quinque diebus ante triumphum deceffit. Diuersa non nihil ab his scibit Plutarchus in uita Aemilij, alterum scilicet quinque diebus ante triumphum annos quatuordecim natum, alterum uero triduo post triumphum, cum esset annorum duodecim, è uita deceffisse. nos Liuium secuti sumus. Plutarchus enim (ut ipse in uita Demosthenis fatetur) sero literas latinas attigit: ut nil mirum sit aliquando à uero aberrare. Valerius Maximus libro quinto Cap. X. abutroque disentit in numero dierum. Quorum alter, inquit, triumphum patris funere suo quartū ante diem præcessit. Sebastianus Corradus Regiensis suis domōstrationibus in Valerū Max. hunc locū non illustrauit. indicat enim lib. Liuij 45. quasi uero Liuius idem narret. neq; est, quod eo nomine possit excusari, quod p̄siteatur se tantummodo Authores demōstrarere. nā ubi Authores à Valerio dissētire nouit, dicere solet. aliter Liuius, paulo aliter Plutarchus

ut lib. 4. Cap. 3. de Cn. Martio. de Q. Fa
bio Gurgite. et lib. 1. Cap. 2. de Q. Ful
vio. et 5. de M. Bruto. et in alijs multis locis.
Sed hic quoq; interpretis Leonardi maior græ
ca & literarū cognitio desiderari posset. id qd'
non animaduertit Xystus Betuleus Augusta
nus, neq; Martialis Rogerius in suis cōmēta
rīs i lib̄ de amicitia. nā ea Plutarchi uerba.

ΩΝ ο μὲν καμέρας τέντε προ
τός ορισμένην τὸν Αἰγαίον ἐ^τ
τελεύθεν τεστεροκαδεκεθς
Sic cōuertit. Horum alter quinq; diebus ante
triumphū mortuus est, sexdecim annorum
etate. Cū τεστεροκαδεκεθς
decimum quartum annum significet.

LOCVS V.

VAlerius Maximus li. 2. Cap. 5. hæc de
Africano Minore. quæ nō animaduertit
Corradus, loqtur. Nec filij qdē tui (de Paulo
enim Aemilio ante à locutus fuerat) Scipio,
nis Aemiliani in adoptionē dādo duarū fami
liae ornamētū esse uoluisti, maiestati parē ho
noris tributū est. cū enim adolescētē admodū

G ij

L O C I

petendi auxiliū gratia , &c. Non uidetur
satis rectè perpendisse Valerius quia ætate
erat tum Scipio , cum in Africam à Lucullo
missus fuit. quatuor enim , et triginta habuiss
se annos ex Glareani Chronologia cōfirmari
facile potest. L. enim Aemilius Paulus ite
rum consul fuit (ut iam diximus) anno ur
bis conditæ 586. Lucullus autem anno 603
Si igitur numeres à consulatu Aemiliū ad
consulatum Luculli , erunt anni decem &
septem , adde alios decem , & septem , quos
habebat tum Scipio , ut Liuius ait libro 44.
quando pater eius fuit iterum consul , & ef
ficies triginta quatuor annos . At probas
tissimi scriptores dicere solent admodum ado
lescentem de eo , qui , quamvis ex pueris exi
cesserit : duobus tamen , & uiginti annis mi
nor sit . cuius quidem rei fidem facit Cicero
in Bruto loquens de L. Crasso . Accusauit ,
inquit , C. Carbonem eloquentissimum ho
minem admodum adolescens . idem in ter
tio de Oratore Crassum de se ipsum loquen
tem faciens , ostendit , qua ætate tum esset .
Quippe qui , inquit , omnium maturimè ad
publicas causas accesserim , annosq; natus

C O T T R O V E R S I 51

unum, & uiginti nobilissimum hominem,
& eloquentissimum in iudicium uocarim.
contra Cornelium Tacitum, qui in Dialogo
de Oratoribus Crassum nonodecimo etatis
anno Carbonem accusasse, scribit. Natus
autem est (ut planiorem rem faciam) Cras-
sus, ut legitur in Bruto Ciceronis, C. Lælio,
et Q. Seruilio Cepione Coss. anno. V. C.
• 14. accusauit Carbonem anno. 635.

L O C V S. VI.

Florus Epit 4. 8. dicit Scipionem Tribu-
num militum Barbarum interfecisse in
Hispania ex prouocatione. legatum fortasse
melius. Nam in Africa posteà, ut Appia-
nus in Libyco, & Cicero in somnio, & Plu-
tarchus in Politica, affirmant, Tribunus fuit.
quod etiam confirmat Cornelius Nepos.
Huc accedit, quòd ex Hispania in Afri-
cam à Lucullo ad Masinissam missus fu-
it. quod munus Legatorum est proprium.

L O C V S. VII.

Non possum comprobare ea, quæ apud
Florum leguntur Epit. 50. Scipionem
G iij

legibus solutum, & Consulem creatum, cū per decem annos Consulem fieri minimè lice ret. legendum puto per quinque annos. Ne que Aulo Gellio assentior, qui in suarum noctium Atticarum libro. 3. cap. 4. scriptum reliquit, Africanum post priorem Consulatum, & gestam censuram fuisse minorem annorum quadraginta. trigesimum enim & octauum agebat annum Scipio, ut ex ijs, quæ de eius ætate adhuc diximus colligere potes. Et Paterculus uolumine priore mensdo non uacat. dicit enim triginta sex annos natum Consulem factum. legendum trigesita octo. Sed nil mirum, cum hi authores sint corruptissimi præsertim in numeris.

L O C V S. VII.

VAlerius Maximus libro 5. cap. 1. ea Minori Africano adscribit, quæ & dicta, & facta à Maiore fuere. Huic facto par eiudem uiri humanitas à Quæstore suo hastæ subiectos captiuos uendente, puer exi-

miæ formæ & liberalis habitus missus eſt.
de quo cum explorasset, Numidam esse,
orbum relatum à Patre, educatum apud
Aunculum Masinissam, eo ignorante im-
maturam aduersus Romanos ingressum mi-
litiam: & errori illius ueniam dandam,
& amicitiæ Regis fidissimi Populi Romani
debitam uenerationem tribuendam existi-
mavit. Itaque puerum annulo, fibulâque
aurea, & tunica laticlavia, Hispano fas-
gulo, & ornato equo donatum, datis, qui
eum prosequerentur, equitibus, ad Masinissam
dimisit. Hæc de Africano Mino-
re loquitur, ut ex ijs, quæ supra dicit,
patet. Sed à Scipione Maiore facta, ac
dicta facile cognoscet, qui librum 27. Lis-
uij leget. ubi eadē ferè inueniet uerba. ea
dē & apud Plutarchū in uita Scipionis Mi-
noris leguntur. Errat prætereà Valerius,
ubi dicit: amicitiæ Regis fidissimi Popu-
li Romani debitam uenerationem dan-
dam. Si auxilio Carthaginensibus uer-
nerat, quomodo amicus, & fidissimus
Populi Romani erat? Imò hac Scipionis hu-
manitate, ut Linius libro 28. narrat permo-

G iiiij

L O C I T R O S

tus ad Romanos transiit. quibus ex eo tem-
pore, adeò fidus amicus, & utilis fuit: ut
huic iuctum Annibalem, huic captum Sy-
phacem, huic Carthaginem deletam fuisse
adscribi possit. Nec minus fallitur libro. VI.
Cap. 2. ubi captum Syphacem, et ante cur-
rum in triumpho ducatum ab hoc nostro Sci-
pione dicere uidetur. de Maiore eum loqui
non arbitror. in his duobus Valerij locis non
satis Sebastiani Corradi demonstra-
tiones faciunt. sed excusandus est, quod
palinodium, ut ex quodam eius familia-
ri audiui, propediem canere parat: ut fecit
eorum, quæ doctissimè dixerat in interpre-
tationibus in Ep. ad Att.

L O C V S I X.

Nec Iacobus Strabæus in suis Com-
métarijs intres libros Ciceronis de Ora-
tore adeò diligens fuit, quin in hoc ipso Scis-
pione laberetur ea et ipse Maiori attribuens,
quæ Minoris sunt. uerba Ciceronis hæc sunt.
Et certè non tulit ullos hæc ciuitas aut glo-
ria clariores, aut authoritate grauiores,

aut humanitate politiores P. Africano, C. Lælio, L. Furio. Hic Cicero de Africano Mi-
nore, & de C. Lælio amico eius loquitur: ut
uel mediocriter in historia exercitato patere
poterit. Hæc affert Strebæus. Africanus,
& C. Lælius amicissimi uiri res præclaras
gesserūt in Africa aduersus Carthaginēses,
Hasdrubalē, Syphacem Numidarū Regem.
quem C. Lælius cœpit, coegeruntq; Pœnos,
ut Annibal in auxilium publicè salutis re-
uocaretur. Hæc ab Africano Maiore, & à
C. Lælio Lælij sapientis patre facta non
negabit, qui uigesimum octauum, & ui-
gesimum nonum Liui Librum semel per-
curret.

LOCVS. X.

Nec Blondus in quinto suæ triumphan-
tis Romæ historiam satis consuluisse
uidetur. nam & ipse omnia cōfundit his uer-
bis. Nam officio legationis fratri sui fun-
ctus in Asiam post Carthaginem, & Nur-
mantiam deuictas, post duos insignes con-
sulatus, septem tantum seruis sequentibus

ad dictam legationem accessit. *Africanus* Maior legatus fuit L. Scipionis eius fratri, ut *Florus Epit.* 37. & *Cicero pro L. Murena*, & in *Philippica undecima* affirmant. Cetera de *Africano Minore* dicta sunt ex *Valerio*, quem suo loco confutabimus.

L O C V S . XI.

Ne gligentiae etiam accusari potest *Xistus Betuleius Augustanus*, qui in suis commentarijs in tertium librum de Officijs, ea uerba. Nunquam minus solus, quam cum solus de *Africano Minore* dicta putat, uel quae assert de *Maiore*. adscribam *Cicero*, uerba. P. *Scipionem Marce fili*, eum, qui primus *Africanus* appellatus est, dicere solitum scripsit *Cato* qui fuit eius ferè & equalis: nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nunquam minus solum, quam cum solus esset. Hæc *Cicero*. Audiamus iam quid afferat *Betuleius*. Ceterum hoc idem *Scipionis* elogium extat apud *Velleium Paterculum* Volumine priori, ubi eum cū *Mimio* confert his uerbis. Quippe *Scipio* tam elagans liberalium studiorum, omnisq; doctrinæ, & author, et admirator fuit:

ut Polibum, Panætiumq; præcellentes inge-
nio viros domi , militiæq; secum habuerit .
Neque enim quisquam hoc Scipione elegan-
tius interualla negotiorum ocio dispuñxit,
semperq; aut belli, aut pacis seruijt artibus.
Et cæt. Vel cæcis pateret esse dicta de Scipio/
ne Minore . Et illa Ciceronis uerba. qui
Primus Africanus appellatus est satis declas-
rant de maiore loqui . Bis etiam in com-
mentario in Librum de Amicitia falsa affert.
Nam primùm illa Lælij uerba (bonitate in
siuos) sic interpretatur . Amicos forte in-
telligas si necessitudines gradus uel à Cicero/
ne in Officijs uel à Gellio in noctibus positos.
Sequeris. cuius rei præter cætera memorabi/
le exemplum esse potest L. Cotta, quem utro
que consulatu, & censura funditus defendit.
Attende quæso utrum defenderit, an accusat
uerit. Cicero in diuinatione in uerrem .
Aut cum P. Africanus homo uirtute, gloria,
rebus gestis amplissimus posteaquam bis
Consul, & Censor fuerat, L. Cottam in
iudicium vocabat . Idem pro Murena.
Bis Consul fuerat P. Africanus cum
duos terrores huius Imperij Carthaginem,

AFRICANI MINORIS VITA

Numantiamq; deleuerat , cum accusauit L. Cottam. & in Bruto. Q. Metellus ,is cuius quatuor filij consulares fuerunt ,in primis est habitus eloquens , qui pro L. Cotta dixit ,acusante Africano . Num defendit ? Deinde ea (iustitia in omnes) sic explicat . Huc for- rasse non ineptè retuleris restitutum Mas- nissæ auunculum , quod si cum Valerio hu- manitati ascribere uelis , non me philodii con senties . Supra hunc Valerij locum confutauimus .

L O C V S . XII.

I Oannes Viues in Vigilia sua in somniū Scipionis non satis uigilasse his uerbis ostenditur . M. Manilio , & L. Martio Coss. ego ex Hispania in Africam ueni missus à Lucullo sub quo merebam tribunus militum ad quartam legionem , nihilque in mandatis habebam potius , aut prius , quām ut à Mas sinissa ad Hispaniense bellum Elephantos aliquot nomine Imperatoris mei postularem . non uidit uir ille acerrimo cæteris in rebus in genio duobus annis ante Consulē Lucullū fuis

C O N T R O V E R S I 55

se, atq; ter Scipionē ad Masinissam in Africā
inisse: semel, cum ex Hispania à Lucullo
est missus: iterum officij causa M. Manis-
lio, & L. Martio Censorino Coss. Tertio
ab ipso Masinissa per Literas accitus.

L O C V S XIII.

Valerij uerba de Scipione nostro li-
bro . 2 . Cap . 2 . hæc sunt . Nam
posterior Africanus euerso Punico Imperio,
exterarum gentium transfugas, in edendis
populo spectaculis feris bestijs obiecit . Ap-
pianus in Libyco in prouincia post deletam
Carthaginem ludos edidisse scribit . Idem
Florus Epit . 51 . Nos nihil somniates ab Ap-
piano, & Floro non discessimus . Hæc Cor-
radus suis interpretationibus assequi non po-
tuit, Liuium suo more affert, quasi idem di-
cat . Sed hoc esset ferendum, nisi etiam inter-
rogatus de hac ipsa re ea respondisset, & scri-
ptis mandauisset, quæ ne in puero quidem
tolleranda essent . quemadmodum suo lo-
co ostendam .

LOCVS.

Cicero in Lucullo sic inquit : Ego autem cum græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim : P. autem Africanum historiæ loquantur, in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, &c. Hic Cicero legationem ante censuram obiisse Scipionem dicit. Post censuram in somnio. Cum autem, inquit, Carthaginem deleneris, triumphum egeris, Censorq; fueris, & obieris Legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Græciam delegere iterum consul absens. Diximus supra etiam aliquando bonos Scriptores authore ipso Cicero, dormitare. Dormitauit igitur Cicero in Lucullo. Nam Plutarchus in Apophthegmatibus, & Gellius lib. 3. Cap. 4. et Iustinus libro 38. eundem temporum sequuntur ordinem, quem Cicero in somnio.

LOCVS XV.

EX Superioribus etiam planum factum arbitror Valerium Maximum longè à uero aberrasse cum L. 3. Cap. 3. dicit:

Scipionem Aemilianum post duos inclytos
consulatus, totidemque suae præcipue gloriæ
triumphos septem seruis sequentibus officio
legationis functum fuisse.

LOCVS. XVI.

Legitur in superiori Valerij loco, septem
seruis sequentibus Valerium secutus esse
Blondus libro. s. suæ triumphantis Romæ.
Cornelius Nepos duos secum duxisse seruos
scribit. Plutarchus uero in Apophthegmati-
bus, et Athenæus libro sexto quinq[ue]. qui
bus duobus nos magis credidimus.

LOCVS. XVII.

Cicero in somnio. Delegere iterum Cosi-
absens. Florus autem Ep. 56. Cum ui-
tio ducum bellum Numantinum non sine pu-
blico pudore duraret, delatus est ultrò Scipio
ni Africano à Senatu Populoque Romano
consulatus. quem cum ille capere ob legem,
quaeret, quenquam intra decem annos
iterum consulem fieri, minimè uellet, sicuti
priore consulatu legibus solutus est. Valerius

L O C I

libro octavo Cap. xvi. Tradunt, inquit, sub in
de nobis ornamenta sua Scipiones com
moranda. Aemilianum enim Populus ex
Candidato ædilitatis consulem fecit. esur
demq; cum Quæstorijs comitijs suffragator
Q. Fabij Maximi fratri filij in campum de
scendisset, Consulem iterum reduxit. Si igi
tur, ut Florus ait, minimè uellet, et descen
dit in campum, ut Valerius, et reductus fuit:
quomodo, ut Ciceroni placet, absens delectus
fuit? Hæc etsi non uidit Corradus, nemini ta
men omnium iudicio in historiæ cognitione
cedit.

L O C V S. XVIII.

Florus Epito. supra commemorata, Sci
pionem, inquit, capere Consulatum non
potuisse ob legem, quæ uetabat, quenquam
intra decem annos consulem fieri licere, &
iccirco legibus solutum. aut Florus non re
tinebat Epit. confecit, nam octo & triginta na
tum annos in uita diximus Scipionem con
sulem factum. Iterum tresdecim annis post,
cum haberet unum, & quinquaginta an
nos.

C O N T R O V E R S I 57

nos. aut locus corruptus est, aut Florus sic est intelligendus. intra decem annos post quas dragefimum tertium lege consulem fieri prohibebatur idest, ante quinquagefimum quartum etatis suæ.

L O C V S. XIX.

Cicero in oratione pro Rege Deiotaro. Qualis Rex Attalus in P. Africano fuit, cum magnificentissima dona, ut scriptum legimus, usque ad Numantiam misit. Apud Florum Epit. 57. non Attalus, sed Antiochus legitur. Et profecto facile potuit in Cicerone, Attalus pro Antiocho reponi. præterea Attalus è uita decessit, dum Scipio Numantiam obsidebat, & fortasse initio consulatus eius si non ante: ut per Proscriptum probari posset in uita Gracchorum.

L O C V S. XX.

A Pud Valerium Maximum sic scriptum legitur libro sexto, cap. 2. Cn. Carbo Tribunus Plebis nuper sepulta Gracchane

H

L O C I

seditioñis turbulentissimus uindex, idēq; ori
entium ciuiliū bellorum fax ardentissima,
P. Africānum à Numantiæ ruinis summo
cum gloriæ fulgore uenientem ab ipsa penè
porta in rostra productum, quid de Ti. Grac
chi morte sentiret, interrogauit. Aliter
paulò Cicero in oratione pro Milone. Nisi
uerò existimatis dementem Africānum fuis
se, qui cum à Carbone in concione seditioñē
interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte
sentiret, &cæt. Et Lelius in libro de Ami
citia. Quibus, inquit, blāditijs C. Papyrius
tribunus Plebis nuper influebat in aures con
cionis, cum ferret legem de Tribunis Plebis
reficiendis: dissuasimus nos. Sed nihil de me,
de Scipione dicam Libentius. Quanta illa
C Di immortales) fuit grauitas, quanta in
oratione maiestas: ut facile ducem Po. Ra.
dices. Itaq; lex popularis suffragijs popu
li repudiata est. à Cicerone non discedit Flo
rus Epit. 59. Cum Carbo Tribunus Plebis ro
gationem tulisset, ut eundem Tribunum Ple
bis, quoties quidem uellet, creari liceret. ro
gationem eius P. Africānus grauiſſima ora
tione dissuasit. in qua dixit, Tib. Gracchum

iurè cæsum uideri. ex Cicerone f^t Floropar tet Africatum nō ab ipsa penè porta, ut Valerius dicit, produclum fuisse. Nam Afric anus à Numātiæ excidio redijt anno V.C. 621. & Carbo fuit Tribunus Plebis anno V. C. 624. et Hæc non animauertit, neq; illustrauit Corradus. Valerium secutus est Paulus Manutius in suis commentarijs in Epist. ad Att. nos uero Ciceronem & Florum.

LOCVS. XXI.

Plutarchus in Apophtheg. Scipionem, inquit, Minorem ferunt annis quatuor, f^t quinquaginta, quibus uixit. f^t c. Hoc uis detur falsum. Nā Cicero de Natura Deorū, f^t Velleius Paterculus Volumine posteriore scriptum reliquerunt mortuum esse Afric anum M. Aquilio, & C. Sempronio Tudiano Coss. anno V. C. 625. & Liuius in loco iam toties commemorato, decem, & septem annos habuisse dicit, cum in Macedoniam cum Patre iuit, anno V. C. 586. qua si recte supputabis inuenies annos sex, &

H ij

L O C I

quinquaginta. id ipsum subsignificat Cicero
in somnio illis uerbis. Nam cum etas tua
septenos octies solis anfractus, redditusq; co-
uerterit, duoq; hi numeri cursu naturali
summam tibi fatalem confecerint. id est cum
ad quinquagesimum sextum peruereris an-
num, ac penè quinquagesimum septimum
attigeris.

L O C V S. XXII.

IN Libro Ciceronis de Amicitia legitur.
I Quibus blāditijs C. Papyrius Consul nū
per influebat in aures concionis. Hic aut
nullus est apponendus magistratus, ut mul-
ta exemplaria habent, aut Tribunus Plebis
est apponendus. Nam cum Carbo legem
ferebat de Tribunis Plebis reficiendis ipse Tri-
bunus Plebis erat, ut testatur Florus Epit.
39. & Appianus libro primo bellorum ci-
uilium.

L O C V S. XXIII.

Ciceronis epistolarum ad Atticum om-
nia exemplaria, quæ adhuc uidere cō-

tigit, in libro. 22. Epistola, o casum miris
ficum, sicut habent. In presentia mihi uelim
scribas, quibus Coss. C. Fannius M. F. Tri-
bunus plebis fuerit. uideor mihi audisse P.
Africano, & L. Mummo. quibus censoris
bus, legendum est. P. enim Africanus Mum-
mij collega in censura fuit. Cicero Libro pri-
mo de Officijs. Imitatus, inquit, patrem Afri-
canus nihil locupletior Carthagine euersa.
quid? qui eius collega in censura fuit L.
Mummius. Idem Valerius, & Plutarchus
in Apophtegmatibus.

L O C V S. XXIII.

Africanus in libyco creditum est, inquit
Hasdrubalem quemadmodum uxor illi
consuluerat, mortem oppetuisse. Florus uero,
libro quarto, ante currum Scipionis ductum
fuisse Hasdrubalem scribit his uerbis. Tres
igitur Romae simul celeberrimi triumphi fue-
runt, Africani ex Africa, ante cuius currum
ductus est Hasdrubal. Huic subscribere uide-
tur Florus Epito. 52. sic loquens P. Corne-
lius Africanus Scipio Aemilianus de Car-

H iij

L O C I

thagine, et Hasdrubale triumphauit. Florus libro secundo hæc de Hasdrubale narrat. de ploratis nouissimè rebus quadraginta se milia uirorum dediderunt: quod minus credas, duce Hasdrubale. Appiāus post illos deditos, solum configuisse ad Africanum scribit.

L O C V S. XXV.

Raphael Volaterranus libro decimo nono commentariorum urbanorum loquens de Africano Maiore hæc narrat. eum Maximus laudās ait gratias esse dijs agendum, quod is esset in ea Rep. natus. necesse enim fuisse illic imperium esse orbis terrarū, ubi ille natus esset. Cicero autem pro Murena, Q. Maximum de Africano Minore eius patruo ea dixisse confirmat, eius adscribam uerba. Quē cum (de Africano Minore super loquitur) supremo eius die Maximus laudaret gratias egit dijs immortalib. quod ille uir in hac Rep. natus esset. necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Idem libro. 38. Scipio, inquit, Aemilianus cū legatus Martio, et Manilio Coss. in Afri-

ca esset. Supra ostendimus, in Hispania Luso
culo Cos. suisse legatum : in Africa uero
Tribunum. libro etiam decimo quarto, Cor-
nelia, inquit, soror Africani Mater Graccho-
rum &c. hoc est falsum, nam Cornelia filia
fuit Africani Maioris, ut in tertio loco dixi-
mus

Cum Franciscum Robortelium Utinensem
uirum admirabili ingenij prudentia, ac cele-
ritate, summa antiquitatis memoria, & so-
lida, cumulataq; omnium ingenuarum art-
ium cognitione : qui Pisis à publico interpre-
tandi munere Mutinam se contulerat, atq;
apud Lodouicum Casteluetrium hominem
eruditissimum, et omni doctrinarum genere,
ac uirtute ornatissimum, integerimq; diuer-
terat, uisissim : post multos de uarijs rebus,
sermones, in Plutarchi mentionem incidimus,
et eius præcipue loci, quem suprà confutaui-
mus. Qui tandem dixit, nunquam se addus-
ci (iampridem illum locum perpendisse af-
firmabat) potuisse, ut crederet Plutarchum
in retam manifesta errasse, sed incuria po-
sius librariorū aliquid deesse, idq; esse to-

H iij

L O C I

quod si reponatur ante illud φαβίς &
subintelligatur, iου omnia quadrare. nam
sic interpretabitur. à Maximo filio Fabij
quinquies Consulis. Hæc tanti uiri senten-
tia cum non solum mihi admodum, sed etiā
Lodouico Casteluetrio acerrimi iudicij uiro
probaretur: eam tibi quoq; impertire uisum
est.

L O C V S. XXVI.

Plinius Libro uigesimo secundo, Capite
sesto. Aemilianum, inquit, Scipionem,
Varro author est, donatum obfidionali in
Africa Manilio Consule, tribus cohortibus
seruatis, totidémque ad seruandas eductis.
Florus autem Epit. 49. duas dicit his uerbis.
Cumq; duæ cohortes ab hoste obfiderentur:
cum exiguis equitum turmis in saltum re-
uersus liberauit eas: & incolumes reduxit
Appianus uero in libvco quatuor: Corne-
lius Nepos octo. Cui igitur ex his magis cre-
dendum.

C O N T R O V E R S I 61
L O C V S . XXVII.

Cicero in primo de officijs libro, in C. Lælio, inquit, multa hilaritas: in eius familiari Scipioni ambitio maior, uita tristior. His contraria uidentur illa in oratione pro L. Murena. Huiusmodi Scipio ille fuit, quē non pœnitiebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, & penè diuinum (Panætium intelligit) domi, cuius oratione, & præceptis, quanquam erant eadem ista, quæ te delectant: tamen asperior non est factus, sed C ut accepi à senibus) lenissimus. His non sunt contraria illa Lælij Ciceroniani in libro de Amicitia. Quid dicam de moribus eius facillimis? Aut ille pro Murena locus idem ferè est cum his iudicibus, aut si qua est differentia, sic conciliari omnes posse uidentur. Pro Lucio Murena factus, inquit, est lenissimus oratione, & præceptis Panætij: si factus, non talis erat anteā. In officijs uero, inquit, uita tristior: scilicet ante quam à Panætio Philosophicis excoleretur præceptis, erat tristiori uita: poste à uero quā informatus fuit, lenissimus est factus.

L O C I
L O C V S . XXVIII.

Legitur in Libro secundo de Oratore.
Velut P. Tuberoni Africanum Aunculum laudanti scripsit. C. Lælius. Q. (ni fallimur) melius, & uerius, ut in tertio de Oratore legitur. Dies, & noctes uirum summa uirtute, & prudentia uidebamus, Philo sopho cum operam daret: Q. Tuberonem, at eius auunculum uix intelligeres id agere, cum ageret tamen, Africanum. Item in libro de claris Oratoribus, qui dicitur Brutus, Q. legitur. Q. Aelius tubero, inquit, iudicauit contra Africani auunculi testimonium. & pro L. Murena. Q. Tuberо cum esset eiusdem Africani sororis filius.

L O C V S XXIX.

Blondus Flavius Foroliuiensis libro quinto triumphantis Romæ, scribit Africanum hæredi libras XXXVI. argenti facti reliquisse. Plinius libro. XXXXIII. Cap. XI. dicit. XXXII. Alexander uero ab Alexander Genialium dies

rum libro primo capite decimo octauo , & Plutarchus in Apophthegmatibus tres , & triginta argenti libras , auri duas reliquisse scriptum reliquere . Labitur etiam Blodus in eodem loco , ubi loquitur de Argento , quod Africanus in ærarium intulit .

LOCVS XXX.

LVCIUS ANNEUS SENeca in Libro de breuitate uitæ hæc resert . Quid referam Aemilianum Scipionem : qui uno penè eodemq; tempore spectauit patris triumphum , duorumque fratrum funera : adolescens tulus tamen , ac propinodium puer tanto tulit illam familiæ suæ super ipsum Pauli animo triumphum coincidentis subitam uastitatem : quanto debuit ferre uir in hoc natus , ne urbi Romanae aut Scipio deesset , aut Carthago superesset . Dubitare aliquis nō omnino rerū imperitus fortasse posset , an hæc planè accipienda , et proueris referenda sint . Nam quisq; in se expertus est , et quotidianie uidemus , si quid grauius accidat , pueros , et adolescentulos id haud magnificere . De

L O C I

inde, qui sunt ea & tate, ex Aristotelis sententia, sunt maximè imitatores, atq; in primis parentum cum in cæteris rebus, tum uero maximè in rebus prosperis, & aduersis.

Vnde sæpè fit, ut si parentes se lachrymis, & tristitia tradant, neq; lachrymas tenere, neq; ab tristitia deduci filij possint, quæ si quādò immoderatius fecerint, & etatem illorum causari solemus. Quod tum Scipioni, qui patrem sibi imitandum proposuerat, accidere potuisse adducor ut credam. Nam illud animi robusti, magnæq; constantie exemplum ab Aemilio Patre eius uerè peti potest. qui in illa memorabili oratione, ac Romano Principe digna tanto animo de suis rebus gestis, & filiorum morte differuit: ut magis confundere animos audientium existimatuerit, quam si miserabiliter deflendo orbitatem suam locutus esset. Postremò aut illud fortitudinis exemplū in filio, quam in patre illustrius, & prædicabilius fuit, aut contrà. Si in filio, cur Cicero, Liuius, Plutarchus, Valerius, & alij eo nomine non celebrauerunt potius filium, quam patrem! Si in patre, ut uerum est, id magis uel etati,

uel imitationi, quam uirtuti ascribendū eſt.

LOCVS XXXI.

REliquum eſt, ut & sententiam eorum refellamus, qui adducti illis Lælij Ci-
ceroniani uerbis (sed nescio quomodo in An-
dria familiaris meus Terentius dixit) Teren-
tium Ciceroni familiarem fuisse dixerunt:
& ostendamus, an potuerit Terentius
in scribendis fabellis à Lælio, & Scipione
adiuvari. Prior sententia & si ipsis Læ-
lij uerbis satis confutatur, qui de se loqui-
tur: tamen, ut tibi cumulatè satisfaciam,
non grauabor rem planiorem facere.

Terentius igitur, si Donato creditus, natus
eſt, Cn. Cornelio Lentulo, & P. Aelio Pe-
to Coss. anno V. C. 553. mortuus eſt, ut
idem Donatus confirmat, Cn. Cornelio Do-
labella, & M. Fulvio Nobiliore Coss. An-
no V. C. 595. Cicero autem natus est
C. Atilio Serano, & Q. Seruilio Cæpio-
ne, ut Gellius scribit libro 15 Cap. 28. an-
no. V. C. 648. id est annis 53. post mor-
tem Terentij. Si igitur hæc uera sunt,

L O C I

non satis uidetur probabile Terentium Lælij, & Scipionis opera uti consueuisse inscribendo, cum utroque natu maior esset. Nam Scipio natus est, ut in uita diximus, Ap. Claudio Pulchro, & M. Sempronio Tuditano Coss. Anno V.C. 569. quo tempore Terentius sexto decim habebat annos. Anno uero 35. ætatis sue edidit Andriam, anno. V. C. 588. Cum Scipio esset annorum. 19. Lælius autem Scipionem paululum ætate anteibat, ut ex illis uerbis in Libro de Amicitia colligitur. Ut prius introieram in uitam, sic prius exire de uita. Et si hæc ita se habent, multò minus potuit ijs corporis gratia conciliari. Quid si Africano Maiori? nam cum Africanus Maior mortuus est, Terentius habebat 16. annos Africanus enim Maiorè uita discessit eo anno, quo natus est Minor. Sed cuique suum iudicium liberum sit Nicolae consultorum differtissime, mihi planè satis neutra facit opinio.

Finis Locorum.

E O R V M Q V A E H O C
LIBELLO COMPREHENDVNTVR
INDEX.

A

- Adolescētia quo usque pro Amicitia maxima inter Sci-
ue hatur. 48. a pionem & C. Lælii. 9. a
Aesculapii Dei templum, Amphilochus uates. 8. a
ac eidem cur dona afferri Animos immortales iudic-
solita. 8. b cauit Scipio. 46. a
Aemilius pater quanta cu anepsius. 49. a
ra P. Scipionein & Q. fia Antiochus munera mittit
tres iustituerit educauerit Scipioni. 38. a
que. 7. a Apollinis fanum diripitur
Africa data prouincia Sciz ac aurea eiusdē statua. 27. a
pioni. 20. a Apollinis signū opus My-
Africani nomē qnādo pris- ronis. 29. b.
mum nactus Scipio 30. b Appiani locus confiderat
Africanus minor iterum tur. 49. a. 60. b. 59. a
Consul. 36. a Appiani oppinio de Scis
Agger in stagno pelagoq. pionis morte. 42. b
a Scipiōe cōstruitur 23. b Ap. Claudio quomodo
Agraria lexi. gracchi 41. b respōderit Scipio 32. a
Agrigentini post euersam Ap. Claudius Scipiōis cō
Carthaginem receperunt a petitor incensura. 32. a
Scipione Taurum Phala- Arma, nanesq. inutiles cō
ridis. 29. a cremate. 30. a.
Alexand. Braccius Floren Atta. Philopater Rex 41. b
tinus fallitur. 49. a Auctor libelli de Viris illu-
Alexandrini Scipionem ui stribus labitur. 48. b.
dere cupiebant ac plausu Aulis. 8. a.
prosecuti sunt. 34. b Aulus Gellius fallit. 51. b
Amicitiam sanctissime co- B
luit Scipio. 31. b. 45. a Balneis uti prohibuit Scis

I

I N D E X

- | | | | | |
|-----------------------------------|----|---|---|------|
| pius : | 37 | a | quomodo muniuerit se
pius | 22 b |
| Barathrum magnum 19 a | | | Catonis preconium de Sci- | |
| Betuleii Xysti negligentia | | | pione | 17 b |
| taxatur , 50 a 53 b | | | Censor factus Scipio 32 b | |
| Biantis sententia improba | | | Chilonis sententia impro- | |
| tur : 45 b | | | batur Scipioni 45 b | |
| Blondi Flavii error 53 a | | | Ciceronis locus ad atti.ca- | |
| Byrsa ; 22 a 26 b | | | stigatus 56 a 57 a alius | |
| Byrsa expugnatur 27 a | | | in lib.de amicitia confide- | |
| Bytias equitum Carthagi- | | | ratus: 58 b | |
| prefectus , 23 b | | | Ciceronis locus in Bruto | |
| | | c | 50 a b 54 b | |
| C. Cecilius Metellus Ca- | | | Ciceronis locus in Sabin- | |
| prarius . 38 a | | | nio Scipionis 59 a & aliis | |
| C. Lelius Scipioni amicis- | | | us eiusdem de amicitia | |
| simus 9 b 45 a | | | 58 b & in Epist. ad atti-
cum ibid. 59 a | |
| deferuntur primæ partes | | | Ciceronis loci taxati 55 b | |
| in eloquentia 45 b | | | 57 a eiusdem alias locus | |
| Calpurnius Piso succedit | | | expenditur 56 a | |
| Manilio , 19 a | | | Ciceronis opinio de Scipio | |
| Carbonis lex suadente Sci- | | | nis morte 42 b | |
| pione repudiatur 41 a | | | Cicero quando natus | |
| Carneades academic. 9 b | | | Claudius asellus diem dis- | |
| Carneade in orante in Ro- | | | xir Scipionis 32 b atque | |
| me audiuuit Scipio 10 a | | | scipionis in eodem Ora- | |
| Cartaginem euertit Scipio | | | tio 32 a reprehenditur ua- | |
| priore suo consulatu 6 b | | | nitas sermonis 33 a | |
| Carthaginienses fame labo- | | | Cohortes ab Hasdrubale | |
| rant : 26 b | | | obsesse & a Scipione libe- | |
| Carthago capitur 27 a | | | ratæ 33 a | |
| Carthaginiens. in Byrsam | | | Concio Scipionis ad milis- | |
| confugiunt 26 b | | | tes 21 a | |
| Carthaginis cineres in Ca- | | | Carthago obsidetur 12 b | |
| pitolum illati 30 b | | | Consulatus cui ætati defer- | |
| Carthago obsidetur 12 b | | | Castra sua prope Carthag. 19 b | |
| Castra sua prope Carthag. | | | | |

I N D E X

Corinthus 8 a Eiron appellatus Scipio
Corne. Nepotis locus 51 a 47 a

Corn. Nepotis uel Plinii er Eruptio canhaginiensium
ror 48 b nocturna 24 b

Cornelii Taciti error 51 a Euripus ubi 8 a

Corradus non illustravit Exempla virorum illustr
Valerium 49 b um, ad uitę institutionę

Corradi demonstrationes multum conferunt 32
non satis faciunt. 52 b

Corradus Liuum inepte F
affert 55 a

Coto portus capitur 26 b Florus ab appiano dissens

Crassus qua etate carbo/ tit 59 b
nem accusauit & quando Florus de Scipionis morte
natus. 51 a quid sentiat 42 b

Critolaus peripateti. 9 b Florus diuersa a Cicerone
tradit eiusdem locus con
sideratus ibidem 56 b

D

Dianæ simulacrum quo/ Florus fallitur, ab aliis dis
modo factum 29 b sentit 51 b

Dianæ templum 28 a Fugitiuos & tranfugas be
Diogenes Hasdrubalis ad stiis obiicieados iussit

jutor 25 b Scipio 30 a

Diogenes Stoicus 18.9 b Fulvius Flaccus inuectus

Diogeni a Scipiōe struun in africanum 43 b
tur infidie 25 b Funus Scipionis 43 b

Disciplina Scipionis in Ca
stris qualis 36.b 37 a

G

E

Gracchi legem africanus
q̄uo im̄pbauit. 4 a

Eloquentia Scipionis 9 a Gracchi necem non egre

Enguinis Loricæ gale æq; tulit Scipio 38 a
restituuntur 29 b Gulussa Diogenem oppu

Epidaurum 8 b gnat magna que strage

Errores Xysti Betuleii 54 a afficit 26 a

I N D E X

- Gulussa filius Masinissa cū Scipionem supplices ueniunt. 27.b
Sc pione belli socius prosciscitur. 17. b
- H Hasdrubal a Masinissa fugatus. 11. b
Hasdrubalis copiæ delete te Scipione. 25. b
Hasdrubal ante currum triumphalem Romæ duc tus. 30. a
Hasdrubal supplex Scipio nem accedit. 28. ad pedes Scipionis sedere iubetur. 27. b
Himera Themitanis restituitur. 29. a
Hippargeta. 19. a
Homerici duo uersus in excidio Carthaginis a Scipione usurpantur ac recitantur. 28. b. Alter in morte Gracchi. 38. b
- I Jacobus Strebegus labitur. 54. b.
Imperatoris indulgentia ini lites corrumpuntur. 21. a
Ioan. Viues falliturr 54. b.
Isthmus prope Carthaginem a Scipione fossa circum datus. 22. b
Iteraciensem uastum hominem Scipio prouocatus interfecit. 10. b
Iuuenes Carthaginienses ad
- Scipionem supplices ueniunt. 27.b
Legatus abit Scipio in Aegyptum, Syriam, asiam, alexandriam &c. 34. b
Legati Rom . i Senatu Scipionis uirtutē p̄dicat 18. b
Lenones & meretrices eie cit e castris Scipio. 36. b.
Leonardus aretinus labitur. 48. b. 50. a
Lælius cum spoliis Româmittitur. 29. a
Lælius, & Scipio conchas & umbilicos legunt. 45. a
Lælius hostes inuadit ac fugat. 28. b.
Lelius Nepherim proficitur. 25. b
Literæ Scipionis ad Micipiam. 40. a
Libertas Scipionis in respondendo. 41. a
Libyci fugantur. 26. a
Lingua quæ alio nomine Tenia. 23. a
Liui locus expensus. 49. a
Læmilius Paulus Macedonicus. 6. a
L. aureli. Cotta Cos. 30. b
L. Cassius Longinus legē tabellariam tulit. 35. a
L. Cotta a scipione accusatur idē absoluif. 40. a
L. Mummius Scipionis cō

I N D E X

- petitor in censura & col- tur. 50. a
 lega. 32. b Megara locus propè Car-
 thagini murum: 22. a
 uit Scipio: 32. b a Scipiōe occupatur. 22. b
 Ludos fecit Scip. Mi. 30. a Miciſſa filius Māniſſ. 17. b
 Lustrum dum conderet
 q̄ nam precatus Scipio a
 diētia quid posuit in exer-
 diis immortalibus: 33. b
 Mummius Corinthum ex-
 cidit. 8. a
Magnum Barathrū. 19. a
 Manastabales Māniſſe fi-
 lius: 17. b Munera militibus a Scipio
 opem postulat. ibid. 20. b ne data. 40. b
 uulneratur sub Carthag. Murali corona a Lucullo
 muris 4. 3. Saucius Ro- donatus Scipio. 10. b
 mam diuinititur. ibid.
 Manilius ab oppugnanda
 Carth. defiſtit. ad Nephe- Nicolai Vidacioni præstan-
 rum aduersus hasdrubas- tia laus: a 3.
 lem contendit. 14. b Numatinum bellum 35. b
 M. antius Briso: 35. b Numantino bello præfigi-
 M. Drusus Scipionis colle tur Scipio. 36. a
 ga in Consulatu. 20. b Numatinorū iteritus 39. b
 M. Halienus a Scipione fer- Numantini C. Mānicium
 uatus. 10. b ad turpiter pacificem in
 M. Porcius Cato Licinia- coegerunt: a
 nus uxorem duxit Ter- Nuinantini cum Rom. 35. s
 tiā æmilia Pauli filia 6. b configunt. 37. b 39. a
 Māniſſa Po. Ro. & Cor- O
 neliae genit. amicus 10. b Olla & fīcile poculum fo-
 Maliniſſe Regis testamen- lā i Scipiōis castris 16. b
 tum ac obitus. 17. a Oratio Scipionis ad popu-
 lum de morib. 32. b
 Martialis Rogerius labi- Ordines deserere non pa-

I N D E X

- siebatur Scipio 13 b ptor 9 a 28 b
 Oropus 8 a Polybii consilium 27 a
 P Panætius Scipioni itineris 20 a
 coines 34 b Populi Rom. studium ers
 Phanię cum Scipione colz ga Scipionem 17 a
 loquium 18 a b idem Portus in aulide 8 a
 ad Romanos translat 19 a Ptelomęus alexand. Rex
 Phania cum Scipione Ro 35 a
 main mittitur 19 a P. emilius Paulus in quā
 Phania Himilconis filius 6 a
 cum Scipi. paciscitur 13 a
 Panætius Scipionis præce Q
 ptor 9 b Q. emilius Paulus in quā
 Papyrii Carbonis lex 41 a familiā adoptatns 6 a b
 Papyria Pauli Macedoniz Q. elius Petns Tubero
 ci uxor eadem repudia^r
 ta 6 b duxit in uxorein emiliā
 P. emilius cur Cornelius, Q. cecilius Merellus 43 a
 cur Minor, cur item afri^r Q. cecilii Metelli preco
 canus appellatus 6 b niū de Scipione 43 a &
 Paulus Macedōicus ex se eiusdem uerba ad fili
 cunda uxore quos suscep
 perit liberos 6 b os 43 b
 Pau. Mātius fallitur 58 a Q. Maximi Funebris ora
 Perseus Macedonię rex fu tio Epulum Scipionis no
 gatur 7 b mine dedit P.R. ibi: 43 b
 Pietas Scipionis in matrē,
 fratrem, ac sorores 44 b Q. Pompeius Nepos 31 b
 pli. locus considerat 60 b Q. Pompeius turpiter cū
 Plutarchus labitur 47 b Numantiuis pacisci coa
 Plutarchus sero didicit La ctus 36 a
 tinas literas 49 b Q. Tubero reprehensus,
 Plutarchi loci ex Vitis il
 lius. Viror. expensi, 48 a Romam reuersus deuicta
 Polybius Scipionis præces carthagi. & Hasdrubal

I N D E X

Scipio triumphauit 30 a
Romani ab Hasdrubale
fugati 15 a
Romanos fugientes repres-
sit Scipio 30 b

S

Scipio ad Masinissam mis-
titur 10 b
Scipio a quo fuit adopta-
tus 48 a
Scipio emilianus Mis-
nor 6 b
Scipio emilianus quo te-
pore natus eiusdem puer-
ilis institutio qualis 3 b
Scipio Carthagine euersa
Scipio poeta non contem-
nendus, loquitur cum pa-
tia 9 a Raphael Volate-
ranus fallitur 59 b
Scipio quotidie radi insti-
tuit 33 a
nihilo ditior effectus
est 30 b
Scipio in africam traiecit
atque ibidem a Masiniss-
sa exceptus 11 b
Scipio L. Licinii Luculli
legatus in Hispaniam
proficiuntur 10 a
Scipio preter aetatem Con-
sul scriptus, 19 b

ideim Masinissa consti-
tutus arbiter diuiden-
di regni, 17 a
Scipio Mancino laborans
ti ope in tulit; 20, b
Quas tulit leges ad mi-
litare in officio retinen-
dum 21 b

Scipio quo tempore mis-
litare coperit, & quale
specimen tirocinii pres-
buerit in bello contra
Perseum 7 b. Idem pro-
fectus in Græciam que-
nam per lustrauerit los-
ca, ac quid nam uides-
rit 7 b, & 8 a, & deinceps,
Quibus studiis ob-
teciatus & quos habuit
preceptores 8 b 9 a
Stoicę Discipline studios-
sus Scipio ac eiusdem
eloquentia 9 a: Eius-
dem stratagema aduer-
sus Carthaginenses.

14 a
Scipio qua etate in afri-
cam missus.

19 b
Scipio quantum in ærari-
num a Carthagine inue-
xerit.

30 b
Scipio quo tempore, &
qua etate diem obiit:
44 a
i iiii

I N D E X

- Scipio turbā inutilium ho sulpitir Calli mollices à
minum e castris ejecit, ac Scipione taxata. 46. b
Carthaginem aggredi T
tur. 22 a Tabellariam quandam le
Scipiōis laus maxima. 1 b gēm tulit L. Cassius Lon
Scipionis Pater amphipoli
ludos edidit. 8 b ginus. 35. a. b
Scipionis salutaris senten
tia per inuidiam impro
batur a Tribunis. 14 b Taurus Phalaridis restitu
tur agrigentinis 29 a
Tænia que & Lingua ap
pellatur. 23 a
Scipionis mors, eiusq. cau
sa uarie a scriptoribus tra
dita. 42 b Terentius an a Lelio iuu
batur in scribendis fabu
lis. 63 a
Scoimma Scipionis in Me
tellum Caprarium, 38. a
in neutium queridam &
Nuculam. 46 b Terentius Ciceroni non fu
it familiaris. 63 b
Scorta, ariolos & iuutilem
trrbam è castris ejecit Sci
pio. 36 b Tereti. quādo natus 63 b
Semprōia Scipi. uxor. 42 b Tertia emilia Pauli Mace
seditio de agro diuidūdo
inter Triumviros 41 b do. filia cui nupserit 7. a
Segestanis restituitur Dia
nē simulachrum 29 b Thermitanis restituuntur
Seneca pensitatur 62 a signa ex ære. 29 a
S. Sulpiti. Galba Cos. 30 b Tindaritani Signum Mer
sutii recipiunt. 29 b
Siculis multa restituuntur
prius a Carthaginiēsibus
ablate. 29. a Tiresii responsum. 39 b
Signis collatis non esse di
micandum facile. 38. a Triumphus Scipionis de
Numantinis. 40 b
Somnium Scipionis ex Ci
cer. de Rep. 12 a Trophonii iouis specus
Stesichori statua Thermi
tanis restituitur. 29. a ubi. 8 b
Valerius Max. a Cicerone
dissentit. 56. b 57. a
Valerii Mximi incuria 50 a
51 b 55 b 56 a
Velleii Patterculilocus cor
rectus 51 b
Velleii paterculi sententia
de Scipionis morte 42 b

I N D E X

- Veritatis Semper summa pio. 9. b
 habenda ratio: 47 b Xystus Betuleius faliſ
 Viriatus. 30 b tur. 54 2
 X
 Xenophontis lib. de maſ Finis Tabula.
 nibus non deposit Sciſ

E R R A T A S I C C O R R I G I T O.

Pag.	uers.	Pag.	uers.
2 b	25 neque ad 29 a	16 Capella.	
	perpetuam 29 b	20 Hydras	
8 b	7 magnificen 30 b	10 secum	
	31 a	6 anthores	
9 b	23 excolendo 31 a	13 Consulem	
10 b	16 halie num 35 b	4 excepto	
11 b	1 conciliaret 37 a	15 autem.	
11 b	24 cōplexus. 39 b	10 securitatē	
12 b	12 opportuni 50 a	6 Betuleius.	
	ore. 52 b	1 ſtrebæus	
16 a	8 imminentि 53 a	10 publicæ	
16 b	19 turpitudinis 53 a	14 Linij	
26 a	7 hoſtium 53 b	24 elegans	
26 a	24 libiæ 54 a	12 necessitu/	
26 b	18 circa	dinis.	
27 b	7 nocturnisq; 54 a	19 Verrem	
28 a	23 propagat 57 b	22 opposuer/	
	niffet.	rat.	

M V T I N A E A P V D
A N T O N I V M
G A D A L D I N V M.
M. D. X X X X V I I I.



A P
V M
V M.
III.

S T I R P S A C F A M I L I A A E M I L I O R V M.

L. aemilius Paulus
bis Cos. anno 572. & 586. & cōfōr. Hic
expapyra Papirii Nasōis uel Mnaf
sonis urī consularis filia genuit.
535. & 538 qui
in cānēsi ignomi
nia perit secun
do bello Punī
co, genuit.

Post cuius Papyriē diuortium duos
filios ex alia uxore gēnit, qui ante
& post triumphū eius, mortui sunt
ut i uita diximus. duas item filias.

Tertiam aemiliam Africani Majoris
uxorem.

alteram aemiliam sororem, africai
ni, & Fabii ex parte, que nupsit Q.
aelio Peto Cato Tuberoni uiro
consulari ex quo pēperit. Q. aelius
Tuberone lūrū consularum, Stoicā
hoiem, cuius in uita meminimus

L. aemilius Paulus Macedonicā bis
Cos. anno 572. & 586. & cōfōr. Hic
expapyra Papirii Nasōis uel Mnaf
sonis urī consularis filia genuit.

Q. aemilium Paulū, qui adoptatus
a Fabij cunctatoris filio. Q. Fabius
aemilianus est dictus.

P. aemilium Paulū qui adoptatus
a filio superioris africani P. Cor
nelius Scipio aemianus africat
nus Minor est dictus.

Tertia aemilia ex parte sororē afri
cāni, et Fabii que nupsit M. Porcio
Catoni Liciniano.

STIRPS AC FAMILIA P. CORNELII SCIPIONIS.

P. Cornelius Scipio qui Cos. fuit

P. Cornelius Scipio qui Cos. fuit

P. Cornelius Scipionē
uiſſo Hānibale & tributaſ
ria P. R. Carthagine facta
Africāus est dīctus Cos.
it cā T. Sēpron
teria Aemilia filia L. Aemili
Pauli, qui apud Cāſ
do bello puniſ
co anno 536 in

P. Cornelius Scipionē
historię Grę cę ſcriptorę
ualetudinis deplorata
qui ex Paulo Macedo
nico adoptauit.

Hic duxit Sēproniā ſo

L. Cornelius Scipionē, Asia
fratre perit ge
Hispāia cā Cn.

Corneliam maiorē natu
rōe Gracchorum, bis
uxorē ſcipiōis Corculi.
Cornelium minorē uxo
uitis diſtū, qui Cos. fuit
āno 560 cā G. Lelio Afri

Māmio Achāico:

no G. Læliiſ apiētiſ patre
rum Ti. & C.

